AUTHOR:

WRAMPELMEYER, H.

TITLE:

CODEX HELMSTAD.
N. 304...PARS 1, 4, 6

PLACE:

HANOVER

DATE:

1872-81

Master Negative #

92-80514-22

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Wrampelmeyer, Hermann.
...Codex Helmstad. n. 304 primum ad complures, quas continet, Ciceronis orationes collatus, pars 1, [4, 6]... Hanover, Culemann, 1872-81
26 cm.

Academic programs.
Pars 6: addita sunt complura de cod. Cic. Epist. ad famil. adhuc incognito.

Vol. of theses.

76880

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 13½x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 3-27-92 INITIALS M.D.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

VOLUME 1

Programm

des neu errichteten

Städtischen Lyceums II.

am Kleverthor

zu

Hannover

für das

Schuljahr von Ostern 1871—1872.

Inhalt:

Hannover.

Schrift und Druck von Fr. Culemann.

1872.

Codex Wolfenbuttelanus Nr. 205,

olim Helmstadiensis Nr. 304,

primum ad complures, quas continet, Ciceronis orationes collatus.

Commentationem scripsit

Hermannus Wrampelmeyer, Dr. phil.

Pars I Caelianam spectans.

In dissertatione mea inaugurali, quae inscripta est „librorum manuscriptorum, qui Ciceronis orationes pro Sestio et pro Caelio continent, ratio, qualis sit, demonstratur“ (Detmold. 1868 et in progr. gymnasii Detm. anni 1867/68) e codice Wolfenbuttelano Nr. 205, olim Helmstadiensi Nr. 304, primus quadraginta fere lectiones Caelianam et Sestianam spectantes per literas communicatas publici juris feceram. Inde cum satis appareret, cod. Wolfenbuttelanum, quem in orationibus pro Murena et pro Roscio Amerino, quamvis sit recentioris aetatis, principatum tamen tenere Fleckeisenii collatione satis constat, etiam in orat. antiquissimi et nobilissimi illius *Parisini*, (P) quarum *octo* continet, non modo non esse spernendum, sed etiam proxime accedere ad optimum Parisinum (cf. p. 21, p. 22 dissert. meae), sub finem antecedentis anni benignitate viri doctissimi *O. de Heinemann,* qui bibliothecae Wolfenbuttelanae praeest, nacti sumus, ut codex ad nos mitteretur. Priusquam autem ad singulas, quae insunt, lectiones notandas transeamus, priusquam in primis de Caeliana, quod in hac prima dissertationis parte fieri volumus, disputare incipiamus, plura in universum de cod. Wolfenbuttelano (quem lit. W. significamus), in omnibus orationibus, quarum lectionis diversitas antea ignota fuit, a nobis inspecto, afferre opus est.

De codicis W. *origine* certi quicquam vix dici potest. Ignoratur enim, a quo et ubi scriptus sit. Id solum ex tota ejus conditione satis perspicitur, saec. XV (sed *ineunte*) eum exaratum esse, a clerico fortasse aliquo, quoniam haud raro talia orationibus subscripta leguntur, qualia sunt „amen“ vel „deo laus“. *Accurata autem collatione* luculente probatur, cod. W. non deductum esse nisi ex *Gallico* fonte, ut in omnibus fere, quas continet, orationibus, libris manuscriptis satis melioribus adnumerandus sit. Huc primum accedit, quod a *Francogallo* quodam (cf. sequentem inscriptionem) donatus est. Deinde *orationes quinque Johannis Joffridi de Luxovio, Francogalli cujusdam, ejusdemque monachi ordinis Cluniacensis, referendarii Papae Nicolai V et oratoris ducis Burgundiae, Tullianis additae sunt ab eodem scriptae, qui multis locis Ciceronis verba* (in Pompejana, in Catilinariis) *correxit.* Quae cum ita sint, verisimile esse videtur, *codicem W exaratum esse Luxovii* (hodie *Luxeuil,* (*Franche - Comté*), *cujus monasterii monachus quidam illas orationes Joh. Joffridi* (*Jean Geoffroid*), *popularis, summos honores adepti pio laetoque animo descripsit.* Quonam modo in *Germaniam* translatus sit, ex inscriptione (fol. Ib) apparet, ubi legimus „Franciscum a Baúdmont (sic) has Ciceronis orationes saeculis paucis ante scriptas domino ac principi Julio (is pater est ejus ducis Julii qui fabulas composuit Germanicas et a. 1613 in Bohemia mortem obiit) in bibliothecam principis submisse dedicasse die Nov. XVIII. a. 1582.“ [1])

---

[1]) Haec sunt ipsa verba inscriptionis: *Franciscus à Baúdmont hatt diese des Ciceronis orationes, so vor etzlichen hundert Jahren geschrieben, seinen Gnädigen Fürsten und Herrn Herzog Julio in die Fürstliche Bibliothek undertheniglich verehrtt. AR (Wolfenbüttel?) am 18. Novembris a 88 (1588). Codicem primum a filio principis bibliothecae Helmstadiensi donatum, deinde Gottingam indeque Wolfenb. translatum esse constat.*

Codex W chartaceus est, in fol. min. Numerorum ordinem foliis singulis manus secunda vel tertia recentissima in margine addidit. Quae cum post fol. 217 b, fol. 220 scripserit, ut fol. 218 a, b, fol. 219 a, b, omitterentur, quumque nihil in ordine verborum desit, patet in codice non 340, ut indicatum est, sed 338 folia inesse. In unaquaque pagina 41 versus extant, lineis accurate plumbo ductis. Chartae validissimae materiae duo ostendunt signa officinae, alterum capitis arietis, cuius in media fronte crux cernitur erecta, alterum, ut videtur, capricorni. Omnes Ciceronis orationes (fol. 1 b—fol. 308 b) ab eadem manu, scribendi satis perita, accurate et luculente scriptae suut. Librarius autem gradatim majorem profitetur artem scribendi, praesertim quum a fol. 194 a usque ad fol. 308 b chartis arte politis usus sit. Itaque eleganter hanc codicis partem exaravit, sed pulcherrime et elegantissime Cluentianam descripsit. Alia recentior manus (profitetur finem saec. XV), quae interdum in codice legitur atque in primis in emendanda Pompejana versata est, fol. 311 b — fol. 338a Johannis Joffridi quinque orationes jam commemoratas multo pejus scriptas addidit.

In codice W. hae Ciceronis orationes hoc insunt ordine: 1—14) *or. Philippicae* fol. 1 b—63 a, 15) pro *Sulla* fol. 63 a—74 a, 16) pro *Marcello* fol. 74 b—77 b, 17) pro *Ligario* fol. 77 b—81 b, 18) pro *rege Dejotaro* fol. 82 a—86 b, 19) *ad Quirites post reditum* fol. 86 b—90 a, 20) *de domo* fol. 90 a—107 b, 21) *pro Sestio* fol. 107 b—126 b, 22) *in Vatinium* fol. 126 b—131 b, 23) *de provinciis cons.* fol. 132 a—137 b, 24) *de haruspicum resp.* fol. 137 b—146 b, 25) *pro Cornelio Balbo* fol. 146 b—154 a, 26) *pro M. Caelio* fol. 154 a—163 a, 27) *pro Murena* fol. 153 a—176 a, 28) *pro Roscio Amerino* fol. 176 a—190 b. Sequitur deinde: *Sallustii in Ciceronem invectiva* fol. 190 b—191 b, *in Sallustium recriminatio* fol. 191 b—194 a. 29) *pro Quinctio* fol. 194 a—203 a, 30) *pro V. Flacco* fol. 203 b—213 a: Tum legitur „*oratio clarissima contra ctesiphontem et demosthenem de greco in latinum translata a leonardo aretino,*“ fol. 213 b—223 a, deinde *demosthenis oratio clarissima ad praecedentem responsiva translata ab eodem* fol. 233 a—252 a. 31) *pro Plancio* fol. 252 a—264 a, 32—35) orationes *in Catilinam* fol. 264 a—279 b, 36) pro *lege Manilia* fol. 279 b—287 a. Sequitur fol. 287 a—288 a. „*Laurentii Valensis* (sic) *civis Romani contra aristotelem,* quod ex subscriptione apparet, 37) pro *Archia poeta* fol. 288 a—291 b, 38) *pro Cluentio* fol. 291 a—307 a, pulcherrime quidem scripta, sed lacunosa et mutila. Desinit enim W. in his verbis §. 174 „ita factum tamen ea res propter multorum eius modi“ ...., vacuo spatio duorum foliorum relicto. Denique fol. 311 b—338 a leguntur *Johannis Joffridi de Luxovio, ordinis Cluniacensis, decani de Vergeio, referendarii Papae sanctissimi nostri domini ac illustrissimi ducis Burgundiae oratoris orationes quinque.*

1) pro gloria principis Philippi ducis Burgundiae oratio habita Romae anno 1448.

2) orationes quattuor ad Alphonsum V, Portugaliae regem habitae Elborae annis 1449, 1459, 1453, 1450 (ultima non expleta est.) [1])

[1]) Haec digna sunt, de quibus fusius disputemus. Primum fol. 311 b praefatio quaedam legitur, cujus initium, pluribus scriptoris vitiis tacite correctis, hic afferatur: „*Johanni episcopo Carillonensium* (Chalons sur Saône) *Johannes Joffridi, monachus Cluniacensis, se totum dedicat. Orationem, quam pro gloria principis nostri* (est Philippus, dux Burgundiae) *a me dictam Romae frequentia hominum magna conscripsit, cui pocius quam tibi, pater doctissime, communem fecerim. Quanti enim apud me sis, sola virtus efficit tua, solum ingenium, literae solae*“ etc. Postquam deinde in universum de meritis gloriaque Philippi actum est, his verbis rubro colore scriptis pergitur: „*ad instructum divinitatis omnium patrem Nicolaum quintum oratio Johannis Joffridi de luxovio, decani de vergeio, incipit.*“ Cujus orationis hoc est initium „*uod (quod?) lex sacra exemplum extulit pedum tuorum pulverem princeps noster dux Burgundorum lingere cupit (!) et per nos in terram vultu*

De *subscriptionibus, inscriptionibus, glossis marginalibus, scholiis* etc., quae in W leguntur, plura afferamus necesse est. Fol. 1 b (fol. 1 a vacuum est relictum, sed in superiore parte recentissima manus indicem orationum philipp. scripsit, paginarum numero aliisque correctionibus iterum ab alia manu additis) praefationis loco haec a *prima* manu scripta inveniuntur: „*Demosthenis* (litera D initialis rubro colore et in media parte caeruleo exornatus est) *fuit*

demisso te summe pastor nunc veneratur.“ Tota oratio aeque *ac quattuor, quae sequuntur,* eleganter est scripta, *omnesque ex verbis scriptorum Graecorum et Latinorum et sacrarum compositae sunt.* Saepissime enim sententiae Cleobuli, Pythagorae, divi Trajani, Livii, Aristotelis, Isocratis, Demosthenis, Plauti, Terentii, Plutarchi, Xenophontis, Homeri, Hesiodi, Aristippi, Augustini, Hieronimi, Pauli apostoli, prophetarum etc. laudantur. In primis *Ciceronis* verba persaepe afferuntur. *Multa ex his, quae plane ignota esse videntur, hoc loco evulgemus*: fol. 314 b legitur „hic (sc. Romae) quod de *Varrone Cicero* scripsit: „*omuem philosophoram doctrinam, omninm rerum divinarum nomina, officia, causas edidicit*“ (cf. *ep ad. fam. VII, 10, 4,* ad *Attic.* I, 19, 2), quos sc. Aeduos *Caesar* in commentariis (de *bello Gallico* VI, 12, 8, 9.) „*Galliae totius primos*“ asseverabat, fol. 321 a: audi, *quae explanatoc* (ex *Platone*) *decerpta Marcus Tullius in epistolis fam. retulit* „*numquam* inquit, *enim praestantibus in gubernanda republica* (editiones: in re p. gub.) *viris laudata est perpetua in eadem* (ed. una) *sententia permansio. Set, ut in navigando tempestati obsequi artis est, etiam si portum tenere non queas, quum vero id possis, mutata velificatione assequi, stultum est eum cum periculo cursum tenere* (ed. stultum est eum tenere c. p. cursum), *quem ceperis, potius quam eo commutato quo velis tamen pervenire, sic cum omnibus* (ed. om. cum) *in re publica administranda* (ed. in adm. r. p.) *propositum esse debeat id, quod* (editiones addunt: a me saepissime dictum est) *otium cum dignitate* (ed. cum dign. ot.) *non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus* (*Haec omnia desumpta sunt ex Cic. ep ad famil.* I, 9, §. 21.) Fol. 322 b: inquit *Cicero pro marco marcello: non fuit recusandum in tanto civili bello, tanto animorum ardore et armorum, quin cassata (quassata) republica, quicunque belli eventus fuisset, multa perderet et (om.) ornamenta dignitatis et praesidia stabilitatis suae et multa (ed multaque) uterque dux faceret armatus, quae idem togatus fieri prohibuisset, quae quidem tibi nunc omnia belli „Caesar“* (om. ed. et codices orationis pro Marcello, sed necessarium esse videtur) *sananda sunt, quibus praeter te mederi nemo potest.* (*Est* §. 24 *orat.* pro Marc.). Fol. 323 b: quid est, cur gracchos, quorum *insepultam sepulturam* Cicero dicit etc. (cf. *Phil., I,* §. 5). Fol. 325 a: „*credulitas in optimi cuiusque mentem facillime irrepit,* ut ait *Cicero* (cf. *epist. ad fam. X,* 23 §. 1) atque paulo infra: apollo pythius, ut in *officiis* (cf. *II,* §. 77) Cicero scripsit per oraculum edidit *spartam nulla alia re nisi avaritia* (om. esse) *perituram* Fol. 333 b: *quis tam amens, inquit, Cicero, qui se multitudini conductae obici vellet* (cf. *Phil. I,* §. 22), fol. 337 b: „*martem,* ut *Cicero* loquitur, *optimum quemque* (ed. fortissimum quemque) *in proeliis pignerare*“ (cf. *Phil. XIV,* §. 32), fol. 339 a: adeo ut in carminibus appius scripsisse fertur *unumquemque fabrum esse suae fortunae* (cf. *Sallustiam ad Caesarem de ordinanda* republica §. 1), itaque, ut *Cicero* asserit, *multi rem suam bene gessere procul, multi qui domum (domi) aetatem agerent, proptera fuerunt parum potentes atque probati*“ (*Sunt versus Ennii apud Cic. in lib. VII ep. ad fam. 6,* §. *1*), fol. 339 b: scito (rex Alphonsus Portugaliae significatur) *bonis omnibus,* ut *Sallustius* ait, *oportere plus gloriae quam divitiarum esse* atque ut est apud *esiodum* (sic) *male parta male dilabuntur* (cf. *tamen Phil. II,* §. 65: „sed ut est apud poetam nescio quem „male parta, male dilabuntur“), ita et *Plautus* (*Cist.* 1, 1. 115) inquit *fortunas decet squalorem sequi.* Haud raro ex *Cicerone* aliquid affertur, quod nondum reperire potuimus. Ita fol. 337 b haec leguntur: „Caesar semper supra captum humanae mentis gloriae avidus, ob pugnam pharsalicam neque supplicationes petiit neque triumphum, *immo ne literis quidem suis,* ut *Cicero* asserit *ad amicos fecit meutionem ullam victoriae (Cic. de gloria?),* fol. 338 b: quid non incidit animo tuo (alloquitur regem Alphonsum) haec vox *Ciceronis: cavendum scilicet tibi tu ne plus ti* (tibi) *me cogaris* (sic!), fol. 329 b: audi *Ciceronem pro Q. ligario: erat,* inquit, *stultum cum* ** (vox discerni non potest) *esse videris, cogitare de pace,* fol. 329 a: ut *Cicero* in phil. ait „*omni est morte pejor vita,*“ fol. 328 b: *sed eos qui ista tibi iuculcant,* quod in *officiis Cicero* ait, *nec ulla pernicies vitae major inveniri potest quam in malitia simulatio* (similis tamen est locus de off. 2, 3, 10), fol. 327 b: quid multa? *vultu ipso saepe,* ut *Cicero* auctor est, *offenditur pietas atque dignitas, non salutatus quisque clarissimus* (?) *videtur praeteriri per contemptum et contumeliam,* fol. 324 b: in *phil. Cicero* ait *aut dedecus ad totam* (Familiam?) *cognatorum deflexum, immo vero se non propter ignominiam* (deesse aliquid videtur), *sed quia gloria minuebatur; Scipio,* ut idem *Cicero* ait „*aut surrexit, obstitit senatui et deprecatus retinuit sui generis decus et lumen*“ (cf. tamen Phil. XI, §. 17). Longum autem est aliorum scriptorum

atheniensis orator, ccc^{lis} *annis ante tullium, sicut idem tullius in fine i (primi) libri de divinatione dicit* (hoc loco non legitur). *de quo demosthene eleganter ad tullium dictum est „demosthenes, marce tulli tibi ne esses solus* (W² in margine: *praeripuit*) *orator ne primus.“* (Vitium inest, legendum fortasse est: *demosthenes, marce tulli, tibi praeripuit, ne esses solus orator, tu ne primus*). *Is ergo Demosthenes orationes illas appellavit philippicas quas contra philippum regem macedonum, patrem alexandri magni, edidit qui tyrannice athenas invaserat. ad cuius imitationem m. tullius cicero orationes illas philippicas appellavit, quas contra antonium edidit, qui tyrannidem affectabat super Romanos post interitum gay cesaris, sicut commemorat beatus augustinus in libro iii*° (tertio) *de civitate dei. Sed enim uterque philippicis suis occisus est, demosthenes a philippo, tullius ab antonio, unde Iuvenalis.* ¹)

Eloquium ac famam demosthenis aut Ciceronis
Incipit optare et totis quinquatribus optat
Quisquis adhuc uno parcam colit ee (esse, sed ed. „asse“) Minervam
Quem sequitur custos angusta vernula capsae
Eloquio sed uterque perit orator, utrumque
Largus et *exhuberans* (exundans ed.) leto dedit ingenii fons
Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli;
O fortunatam natam me consule Romam.
Anthoni gladios potuit contempnere si sic

---

omnes locos laudatos hic afferre, pauca tamen, quae memorabilia videntur, exscripsimus. Ita fol. 338a legitur: *„ergo multorum nulla ingenia tam parva ad invidiam sunt*, ut ait *Livius, quam eorum, qui genus ac fortunam suam amicos non aequant, quia virtutem et alienum bonum oderunt;* natura insitum est omnibus hominibus *Demosthenes* affirmat etc., fol. 329b: audi *Sallustium* in historiis *„paratis hostibus* inquit, *quo avidius pacem petieris* (ed. petieritis) *eo bellum acrius erit“ (cf. Sallust. in hist. orat. Philippi §. 17.)*, fol. 323a: o rex, hic dicis, ut *Terentius* loquitur *„alia vita alios mores expostulat“* ..... illud quidem apud *Titum Livium* didici *„non homines rebus, sed res hominibus praestare consilia*, propter quod *Plautus versipellem* inquit hominem esse os pectus, cui sapit, *utcunque res sint, ita animum habeat* (sic! cf. Plaut. Amph. pr. 123, Persa 2, 2, 48, Bacch. 4, 4, 12), fol. 311a: si enim *Caesar* eorum impudentiam admirabatur, qui agebant in scena gestum spectante Roscio, si *Gaius Licinius* (?) in oratione *Ciceronis* non insulse dicebat, *se neque ab imperitis neque a doctissimis velle audiri* etc., fol. 314b: „legi superioribus diebus Xenophontem a reverendissimo patre *Niceno* eleganter traductum, in quo Socrates eam clarissimam aetatem et prudentissimam dicit, quae maxime colit religionem. At Caesar in commentariis „Galliam ait, admodum deditam esse religioni“ etc., fol. 313b: de te nihil loquuntur, non tuam gloriam vellicant, non dente maligno carpunt (cf. Cicero pro *Balbo* §. 57). In prima oratione Joh. Joffridi non agitur nisi de laudibus Philippi ducis, reliquae, ab eodem compositae Alphonsum V. regem Lusitaniae, cui graviores discordiae cum patruelibus agnatis fuisse videntur, spectant. Etenim haec est inscriptio secundae orationis: *„ad alphonsum Quintum Portugaliae atque Algarbii regem eundemque adolescentem validissimae indolis, ut rex ipse a suis patruelibus agnatis iniustissimam calamitatem ac iniuriam, quam multi nobiles regni* (reges?) *amissis fortunis omnibus acceperunt, abducat; in eosque transferat suam clementiam. Joh. Joffridi decani de Vergeio sanctissimi domini nostri papae referendarii ac illustrissimi ducis Burgundiae oratoris oratio incipit dicta Elborae, sexta decembris 1449.“* (Haec inscriptio iterum ab alia manu scripta est rubro colore).

¹) Versus omnes, qui ex X libro sat. 114 desumpti sunt, exscripsimus, ut intelligatur, quam pure, exceptis paucis levioris momenti mendis, scripti sint. Versum 6 addidit secunda manus, sed antiquior, versui 12 prima manus in medio ordine verborum adscripsit „id est secunda, qua maxime lacerat anthonium.“ Lectio, quae est *„exhuberans“* (v. 6) probare nobis videtur, librarium Juvenalis verba sumpsisse ex codice aliquo *langobardicis literis* scripto.

Omnia dixisset, ridenda poemata malo
Quam te conspicuae, divina philippica famae.
Volveris a prima, quae proxima civis (pro „saevus) et illum
Exitus eripuit, quem mirabantur athenae
Torrentem et pheni (pleni) moderantem frena theatri.
Diis (dis) ille adversis genitus fatoque sinistro.
Quem pater ardentis massae fuligine lippus
A carbone et forcipibus gladioque parante
Incude et luteo vulchano ad rethora misit.

Expliciunt versus Iuvenalis.

Medio in ordine verborum Ciceronis phil. I §. 10 haec, quae astrologiam spectant, leguntur *„terminis tribus humana vita continetur. natura Cxx*^{it} *annis; fatum nonaginta. id est tribus cursibus, fortuna .ı. casu. Sic cicero in philippicis. multa mihi impendere videbantur. praeter naturam praeterque fatum id est gladii antonii“* (sic). In margine alia manus addidit *„vacat“*. Verba illa librarius recepit propter ea, quae praecedunt, ubi „etiam“ deest in W aeque atque in ceteris cod. Germanicis. Fol. 26a explicit phil. IV. Sequitur deinde vacuum spatium quattuor versuum. Tum prima manus haec scripsit: *cesar adolescens quem tociens nominat tullius in duabus extremis philippicis, nepos fuit ex sorore g. Julii cesaris, cuius tunc adolescentis postmodum augusti quadragesimo secundo anno imperii natus est dominus noster Jesus Christus. hic adolescens xviii (XVIII) annorum ut scribunt hystoriae, successit avunculo interfecto. quem idem avunculus in filiam adoptaverat et nomen ei suum dederat. huic vehementer tullius favebat ſperans eum depulsa dominatione antonii in antiquam libertatem r. p.*^{ca} *(rem publicam) restiturum (sic), tam caecus et improvidus futurorum, ut eum idem adolescens occidendum postea antonio permiserit ad confirmandam inter se in posterum pacem.*

Singulis orationibus *titulos* manus recentissima dedit. *ſubscriptiones* et *inscriptiones*, a *prima* manu profectae, non insunt in codice nisi haec: fol. 146b „quidam conabatur l. cornelium natum in civitate gaditana privare civitate id est burgesia (!) romana quam eidem l. cornelio pompeyus contulerat. ç qū cicō uti⁹ hac ore ōndes eū civitatē retinere debere (contra quem cicero utitur hac oratione ostendes eum civitatem ret. deb.), fol. 252a: „explicit oratio demosthenis in aeschinem responsiva ad eius praecedentem accusationem. Incipit ciceronis oratio pro gneo plancio adversus m. laterensem, quod ei plantius esset in edilitate prelatus“, fol. 265a „marci tullii Ciceronis oratio pro plantio explicit“, fol. 288a: laurentii valensis civis romani contra aristotilem (sic). M. T. Ciceronis oratio incipit pro licinio Archia in genere iudiciali, in constitutione coniecturali, in mediocri figura“, fol. 90a „m. tullii ciceronis cum populo gratias egit explicit“, fol. 213b: oratio clarissima contra ctesiphontem et demosthenem de greco in latinum translata a leonardo *aretino*“, fol. 233a: „aeschinis oratio clarissima contra ctesiphontem et demosthenem explicit de greco in latinum translata a leonardo *aretino*. demosthenis oratio clarissima ad praecedentem responsiva sequitur translata ab eodem“.

Inscriptiones, subscriptiones, glossae marginales, quae *secundae tertiae vel quartae manui* debentur saepissime, in primis in philippicis, inveniuntur. Sed ea omnia vulgaris sunt pretii neque quidquam dignum, quod notetur. Sola manus secunda antiquior quaedam, primae similis, talia plerumque in margine adscripsit qualia sunt: „oratio qua cicero defendit sestium accusatum de vi“ (fol. 107b), „ista oratio quam contra vatinium edidit tota procedit per interrogationes“ (fol. 126b), „sequens oratio (de prov. cons.) qua cicero persuadet in senatu ut cesari permittatur

est deliberativa“ (sic! fol. 131b); fol. 18a ab alia antiquiore manu sec. §. 107 phil. II in margine adscriptum est: „vacat hoc totum in vetustis codicibus“, sed locus legitur in Vaticano aeque atque in codicibus Germanicis.

Diversas extare manus in W iam ex iis, quae modo dicta sunt, concludi potest. Ab iis profectae sunt, qui priore tempore codicem possidebant quique, quod ex iis, quae supra dicta sunt, sequitur, monachi Monasterii Luxovii (saltem antiquiores manus sec. cod. W itemque is, qui orat. Joffridi descripsit) fuisse videntur. Id maxime ea firmatur re, quod eadem manus, quae orationes Joh. Joffridi (fol. 311b—338a) addidit, corrector fuit Pompejanae. *Nulla* secunda manus cernitur in oratione pro Sulla, in invectiva Sall. in Cic., in recriminatione, in or. in Cat. I, II, pro Cluentio, pro Archia poeta. *Plures* manus, in philippicis, in orat. pro rege Dej., pro Lig., pro Marc., in Cat. III, IV, discernendae sunt. Nihilo minus *toto* codice manus quaedam secunda antiquior invenitur primae similis, quae in his orationibus plerumque in margine *sola* apparet: de domo (quater) pro Sestio (bis), in Vat. (semel), de prov. (ter), de har. resp. (quater), pro Balbo (sexies), pro Caelio (quinquies), pro Murena (quinquies), pro Roscio (quater), pro Quinctio (bis), pro Flacco (semel).

Rasuris W abundat, in primis in philippicis, in or. pro rege Dej., pro Marcello, rarius in or. codicis *Parisini*; rasuris prorsus vacat oratio pro *Sulla*. Plerumque vix oculis hominis discerni potest, quanam a manu profectae sint. Nihilo minus in universum dici potest, eas secundae vel tertiae manui deberi. In or. phil. non solum singulae literae, syllabae, sed etiam tota vocabula male erasa sunt, immo factum est, ut ea, quae sec. manus in margine addidit, iterum ab aliis eraderentur (fol. 46b, fol. 52b). Saepe aliquid loco eraso recte legitur, ut non sit dubium, quin librarius mendum a se admissum ipse correxerit, saepius falsum substitutum, saepissime verum ab aliis erasum est.

Quod ad *orthographiam,* quae vocatur, pertinet, librarius ea usus est ratione, ut *semper* scriberet *nichil, michi, iocundus, affrica, dampnare, tollerabilis, solempnis, sompnia, contempno, hii, dii, cotidie, existere, extinguere, saepissime c* pro *t* et *t* pro *c, semper e* pro *ae, e* pro *oe.* Haec, quae aperte originem Germanicam sive Gallicam ostendunt, multis postea exemplis ex Caeliana desumptis suo loco augebimus.

Quamvis cod. W luculente et in posteriore parte nitidissime sit scriptus, tamen persaepe dubitatio nascitur de iis, quae insunt, quum codex prorsus abundet *compendiis.* Etenim praeter vulgaria, quae *saepissime* repetuntur, haec paulo inusitatiora afferre liceat „ꝯıs (communis), fi^{o} (filio) d^{z} (dicitur), nec̄c̄o (necessario), mrio^{m} (matrimonium), grā (gratia), lo^{m} (locum), fr̄s (fratris), oıs, (omnes), fcm̄ (factum), a'qn̄ (aliquando) pn̄s (praesens), i^{a} (illa), mie (misericordiae). Ex Caeliana haec commemorentur §. 24: a'qn̄ in q^{9} ca (aliquando in quibus causa), §. 22: cā cū cā rō cū rōe (causa cum causa, ratio cum ratione), §. 3: q' c'te p̄t ēē maxīa (quae certe potest esse maxima), §. 1: h^{9} cē (huius causae). Ne eadem quidem invenitur compendiorum ratio, quum „aī“ et „ai^{9}“ significet „animus“, „ꝗu“ et „ꝗn'“ „quantum“, „qd'“ et ꝗ „quod“ et „quoad“, „qm̄“ „quoniam“ et „quum“ „aꝫ“ et „aū“ „autem“ etc.

Interpungendi officio *prima manus* in aliis orationibus aliter functa est. In universum dici potest, librarium temerarie in eo negotio esse versatum. Saepe recte, ut in *Planciana,* saepius falso, saepissime nullo modo interpunctum est. Ita in Caelianae §. 78 verba „quare oro obtestorque.......... oppressisse videatur, §. 58 „sin ei tanta consuetudo .... vidi enim, vidi (§. 59), §. 48 „quando enim hoc non factum est........ obliviscor (§. 50) *omni carent interpunctione.* Quod si recte interpungi solet, in fine

enuntiatorum fit, librario majore litera pergente. Saepe autem majore litera pergitur, enuntiatis nondum finitis. Secunda quaedam manus recentior in orationibus Phil., pro rege Dejot., pro Ligar., pro Marcello, satis perite interpunxit. Huc denique aliud pertinet. Librarios initium *novae orationis* vel *capitis* indicaturos litera initiali arte scripta coloribusque ornata uti solitos fuisse constat. Neque ab eo usu monachus discessit ille, qui cod. W. exaravit. Nihilo tamen minus, exceptis *orationibus Philipp.* et *pro Plancio* (et semel in Sullana §. 58) initia *capitum* et *paragraphorum* litera initiali non significantur. In Phil. et pro Plancio initiales saepe suo leguntur loco, quod factum est Phil. I, §. 1, cap. III, §. 7, §. 13, §. 14, §. 16, §. 21, §. 27, §. 29, cap. XII, XIII, pro Plancio §. 5, §. 7, §. 12, §. 14, §. 17, §. 19, §. 22 etc.

Codicem W. in usum orationum pro *Murena* et pro *Roscio* Amerino a Fleckeisenio (cf. appar. crit. apud Halmium in ed. alt. Orell. vol. II. pars 2 p. 716—752, pars 1 p. 29—72) collatum esse constat.[1]) Sed in orationibus quoque pro *rege*

[1]) *Sed maxime est dubium, num Fleckeisenius codicem diligentissime, ut Halmius affirmat, contulerit.* Nam praeter multa vitia gravioris et levioris momenti, quae afferre longum erat, praeter varias nonnullas lectiones, quae fortasse brevitatis causa non exscriptae sunt, *permulta in codice aliter leguntur ac notatum est.* Ita *pro Murena* §. 1 cod. W. (G. apud Halm.) habet *ppti romano* (non „populoque romano), §. 3 *amēna* (non „a me una“), §. 3 *pr̄* id est *populi Romani* (non omittit W.) §. 7 *forme* (non „ferme“), §. 8 *habeo* W^1 (*abeo W^2), §. 6 *dignitas in summo periculo civium postulabat. Quod si tum, cum* om W, (quod Fleckeisenium effugit), §. 10, ēē (esse non „esset“, §. 13 *q̄q̄* (quamquam), §. 13 *non debes in arre anni ripe maledictum ex trivio* (non „non debes marre“ etc.) §. 13 *comitione q̄ temere* (non „comitio“ etc.) §. 20 *literis testata sunt omnia, quibus l. lucullus tantum* („huic“ Halm. addidit) *laudis impertit, neque ambitiosus.* Nihil igitur deest ac vox quae est *quantum,* sed Fleckeisenius notavit: *literis .... quantum* om W, §. 22 *ne tu consultures* (non „ne tu consultes“), §. 22 *silice* (non „ilice“), §. 25 *eliscendis* (non „ediscendis“), §. 26 *praeter,* §. 26 *apud* om., §. 28 *usqꝫ=usque,* §. 29 *ad se qn' potuissent* ex „adsequi n̄ (non) potuissent, §. 8 *ac* hoc non modo, §. 12 *hinc* vero, §. 15 *īter* W^1 *īte** (in te) W^2, §. 15 *hec* (haec) sumis“, §. 18 *pi momentus ortꝫ* ex *pari momentu sortis,* §. 24 *maius* W^1, *ravis* W^2 (pro gravis) super lin., §. 24 *concilio,* §. 26 *actata* ex „agitata?“, §. 32 „*ex ercitu excetarēt* (i. e. excetareret“), §. 32 *ex Africa* recte W^2, §. 34 ēē (esse) *ii nostri,* §. 35 *commutata uraz, mores* (sic) ex „commutat aura z, (ru) mores“, §. 37 *et consulatu ut cum,* §. 38 *militis,* §. 38 *omne,* §. 41 *offensionem vitata equabilitate* ex „offensionem vitat aequabilitate“, §. 41 *levitate,* §. 42 *est petendi aliud* W. non omittit, sed inest: *aliud tempus est petendi, aliud tempus persequendi,* §. 45 *diffidet, desperat, aut testem rem abiciunt* recte, ut ex scriptum est, quod videtur in codice ortum esse ex *aut lestem,* inde hoc loco desperato (cf. tentamina virorum doctorum apud Halmium p. 734) scribendum esse putamus aut *molestam rem abiciunt,* §. 47 *tum,* §. 49 *iudicibus,* ut videtur, §. 49 *tum* om., §. 51 *discernendo,* §. 52 *insiḡque* fort. ex „insignitaque“, §. 53 *hinc mirandum est,* §. 54 *iudiciis,* §. 56 *ad* om., §. 60 *accessitis tot,* ex „accessit *ista?*“, §. 61 fuit enim *quidem,* §. 62 *hoc* W^1, *hec* (haec) W^2, §. 62 *consulatius* (sic) §. 62 *misericordia * * inductus,* §. 63 *nostri enim fatebor illi enim* (sic) §. 64 *dixisti, aut non dixisse aut si posuisses* (inde verum elicere liceat *aut non dixisses, aut seposuisses,* cf. Halm. ad hunc loc. p. 741), §. 67 *m* (sic) ex *sin?,* §. 68 *p̄t* (potest), §. 68 *id* non om., §. 68 *omniam* W^1, *obviam* recte W^2, §. 69 *ven* W^1, *venit* recte W^2, §. 70 *atsectationem,* §. 73 *comperuerunt* (inde fort. *comparaverunt* scribendum est), §. 73 *t'bullum* i. e. *tribullum,* §. 73 *tamerena ab senatus* (sic, ex *tamen murena ab senatus*) §. 73 *sectde* (sectare), §. 73 *graditorium,* §. 76 „*an̄* (ex *an te?*), *coniunctam* ex *coniungam?,* §. 77 *si netiā noris*“ (pro „sin etiam noris“), *non* om., §. 77 *a quid* (non legitur „a'“=aut“) §. 78 *ac,* §. 78 *gratie* (gratiae), §. 78 *jacios cum me pacis oti concondiae libertatis* (sic), §. 80 *largitionum,* §. 81 *tribuni* non om, quod latere videtur in voce corrupta, quae praecedit *designavit* ex *designati t.* i. e. *designati tribuni,* §. 82 *vident, quantum intesti animi* (W^2 *in te sti*) *contrarium ingenii, quantum auctoritatis* etc., ex *vident, quantum in te sit animi et corporis* (vel tale quid), *quantum ingenii, qu. auct?,* §. 83 *ex amplissimi,* §. 84 *minuendi,* §. 87 haec omnia omittuntur: *atque omni dignitate fortunaque privare. Atque ita vos,* non *atque ita vos,* ut Fleckeisenius dicit.

In apparatu critico ad orationem *pro Roscio Amerino haec aut corrigenda aut addenda sunt:* §. 6

Dejotaro et *pro Quinctio* eum inspectum esse apparet ex nota Halmii, qui p. 1207 dicit: praeter haec subsidia ad manum habuimus commentarium ineditum, quem Garatonius fere perfectum in schedis suis reliquit. Lectiones codicum Monacensium *et Helmstadiensis* insunt in editione A. F. Soldani (Hanoviae 1836) etc.“ Quum autem in nullo alio codice, qui olim *Helmstadiensis* fuit, nisi in nostro (nunc Wolfenb. N. 205), oratio pro rege Dej. servata sit, quumque aliorum Wolfenbuttelanorum (olim Gudiani N. 2, 335) lectiones in appar. crit. apud Halmium nominatim prolatae sint, is codex, quo Soldanus usus est, noster sit necesse est. Praeterea ejusdem Helmstadiensis semel ad. §. 2 Quinctianae mentio fit, ex quo omnino in app. crit. haec notantur: pro Dej. §. 14 *omnibus* om. cod. C. Stephani, *Helmstadiensis*, 2 Oxonienses etc., §. 29 *ponendorum Helmst.*, ibidem: *fuerit et non modo apud te sed etiam a suis* R (cod. Gissensis) et *Helmst.*, §. 31 *comprehendi hominem iussit cod. Helmst.*, §. 35 *ad extremum causae reservatum*, Lambinus in margine, R et *Helmst.*, §. 41 *tradituros se esse confidunt* R et *Helmst.*, pro Quinctio §. 2 *cuius* (Klotzius II). Quarum lectionum *cuius, ponendorum, ad extre-*

avellatis, §. 8 *nihil* om., §. 8 *a* habet W, §. 9 *oro atque* om., §. 20 *abic'o* (sic), §. 14 *hmoī*, fort. ex *huius*, inde putamus, vocem *hominis*, quae sequitur, *glossam* esse, cf. pro Caelio §. 1 [Atratini] *illius*, et quae in nostra dissertatione diximus p. 9. not. 3., §. 15 *ita* ex omnibus, §. 16 *putabit.*, §. 17 *q'ste adest* i. e. qui *iste adest*, §. 18 *pallatinas*, §. 20 *volacerras*, §. 24 *fortissimi*, §. 24 *donatores*, §. 26 *erat* om., §. 30 *ab inimicis - - - - possessa* habet W; error Fleckeisenii ex eo natus est, quod perverse in cod. inest *obsessa ab inimicis, bona adempta, obsessa* etc., §. 30 *inculleū* (*in culleum*) recte, ut Hotomannus et Lambinus conjecerunt, §. 31 *existit*, §. 34 *fimbria* ex *fimbria*(*no*), §. 40 *patri, inquit, non placebit*, §. 40 *enim* ante „eam“ om., §. 46 *cacrestratum*, §. 49 *licebat*, §. 52 *erario* W^1, *ɛrario* (sic) W^2 (*perraro*, quod vera est lect. latet in W^1), §. 53 *ut* om., §. 54 *quis probavit*, §. 55 praeter *ut metu - - - utile est*, deest quoque *utile est*, §. 57 *calomnis* (latet in eo verum *Kal. omnis.* i. e. *Kalendas omnis*, cf. Halm. ad. h. loc. p. 45, §. 57 „aut qua re *ac* quomodo *aut* tantummodo sine suspicione“ etc., §. 59 *in* hoc conventu, §. 60 *aliter causam agi atque ille existimaret aliter causam atque ille existimaret* (in W omnia sunt sana, nisi quod „aliter causam agi atque ille ex.“ bis scriptum est), §. 62 *extento per expressa* ex *extent oportet expressa*, §. 69 *praestiterunt*, §. 71 *etenim quid'e tā ē commune* (sic) ex *etenim quid ē* (*est*) *tam* (*est* male repetitum) *commune*, quod ex Lamb. conjectura in ordinem verborum receptum est, cf. Halm. p. 49, §. 72 *ut ducere aīam uita* ex *ut ducere animam ac vitam?*, §. 74 totum membrum or. omittitur *cui dedit per quem dedit, unde aut quantum dedit*, quod Fleckeisenium effugit, §. 82 *tam* „fort. ex cāiā“ (*causa iam*), §. 81 *quid qui rome*, §. 82 *ita* ex „inaudita“, §. 84 *ne* om., §. 84 *at ego - - - - Rosci* W nullo modo om., sed habet *et ego in T. Roscio reperio, tecum enim mihi res est T. Rosci.*, §. 92 *verum* om., §. 92 iterum totum membrum or. omittitur *romae sit occisus, utrum verisimilius sit ab eo esse occisum qui* quod Fleckeisenium effugit, §. 92 *omnino* om. §. 96 *ut nihil dominatione*, §. 96 *Roscio* om. §. 98 *automedentem*, §. 100 *eius - - - deferatur* om. W non „palmas - - deferatur“, §. 101 *volumen id*, §. 104 de *cā* accusationis (de causa acc.), §. 106 *illam* rem, §. 110 *re* non om., §. 112 *es* om., §. 113 *negligentia in crimine mandati iudiciumque in fama revocatur*“, §. 113 *quod* om., §. 117 *perfuga* recte (sine comp.) §. 118 *a gladiatore consisse*, §. 123 *initio* recte, §. 123 „neque“ ante „diligenter“ *om.*, §. 127 *ementeretur*, §. 130 *suum* om. W^1, sed W^2 in margine „q̇s“, §. 131 *tum legibus*, §. 133 *aut hepsa* (sic), §. 134 *diversorium* W^1, *diversorum* W^2 in marg., §. 136 *ſi ille*, ex *lſille*, i. e. l. *sillae* (*l. sullae*) ut videtur, etenim W fere semper „ſilla“ scribit, cf. §. 146, ubi W habet: *q̊l sullam gessit* ex. *quas l. sulla*(m) g., §. 141 *potest ēē volco rem*, §. 146 *cause clare servavit* ex *causae clā* reservavit, §. 147 *et alii vestiri*, omisso *et*, sed fort. alíi ex *ali z* (*ali et*) corruptum est, §. 150 *eodem que*, §. 153 *et ad eadem rem* W, recte ut notatum est, cf. *pro Caelio* §. 58, ubi P^1 habet: *ad eadem rem*, W et Madvigius recte: *ad eam rem*, cf. Halm. p. 71, qui, collato de inv. I, §. 60 „ad eam rem“ probat.

mum causae reservatum, comprehendi, recte in W leguntur, *negligentissime* autem in describendis ceteris, qui contulit, versatus est. Nam primum pro rege Dej. §. 14 luculente W. habet: *se esse tradituros confidunt*, quod in verborum ordinem recipi velimus, §. 29 eiusd. or. verba *apud te* a manu *secunda recentiore super lineam scripta sunt*, §. 14 habet W: *ille Ephesum ad eum, quem tu ex tuis civibus omnibus fidelissimum delegisti, pecuniam misit.* Locum in aliis codicibus interpolatum sanum esse credimus, ejecta voce, quae est *civibus*. Sed quomodo ei fidem habere possumus, qui in septem lect. notandis ter vitium admiserit. Miramur quam maxime, quod Halmius non plures cod. W lectiones, quas in Soldani editione inesse dicit, affert. Fortasse vir doctissimus Soldani collationi magnam fidem non habuit, quum p. 1207 addiderit „qui (Soldanus) item usus est codicibus D (Gudianus 2), G (Gudianus 335), S (Salisburgensis), *sed in horum quidem lectionibus exscribendis eum non satis diligenter versatum esse cognovimus*“. Ipsi autem ex collatione orationis *pro rege Dej.* (cf. quae infra evulgabimus) plane cognovimus, *eam in W. bene esse servatam.*

Quod si codicis W *pretium ac dignitatem in universum* spectamus, facere non possumus, quin profiteamur, nostrum librum manuscriptum in *numero satis meliorum* esse habendum. Quamquam in omnibus, quae insunt, orationibus *negligenter* est scriptus, quum non solum levioris momenti vitiis mendisque scribentis scateat, verum etiam culpa librarii, scribendi quidem periti, *latini sermonis* imperiti, ideoque oculis saepissime aberrantis, factum sit, ut non minus singulae voces quam *tota orationum membra* omitterentur, quumque praeterea ea de causa, quod W. compendiis refertus est, *similia vocabula persaepe inter se confundantur*, tamen *id habet proprium*, quod primum *multis locis verum servavit, ubi reliqui codices lacunosi sunt*, deinde quod monachus *corruptissimos quosque locos summa cum diligentia descripsit, immo anxie quasi depinxit*, ut haud raro, *in primis in orationibus pro Murena et pro Roscio Amerino, verum vel aliud memorabile inde elicere possimus.* Cuius rei Fleckeisenium non satis rationis habuisse ex collatione harum orationum plane cognovimus. Sed id pro certo affirmari potest, librarium codicis W. interpolandi studio nullo modo indulsisse, sive quod, si quid corruptum erat, nihil mutare voluit, sive quod ea, quae descripsit, parum intellexit [1]) Aliud frequens

[1]) Cuius rei quum in varia lectione ad *Caelianam* multa prolaturi simus documenta, hic ex *aliis* orationibus nonnulla commemorentur: Ita *pro Sestio* §. 10 legitur *vicem* P (cod. optimus et antiq. Parisinus) W, §. 14 *ut quam* P^2 W, §. 14 *quodad* PW, §. 12 *du* ‖ *cassi* P, *dii caſſii* W, §. 12 *stabula praeclari* P^1 corr., *stabuli praelara* W, §. 18 *ne scillaeo* W P, §. 19 „*sepiasiam sublaurus*“ P, „*sepiusiam sublaurus*“ W, §. 19 „de supero illo“ W P, §. 19 *antuus ille* P, *ul' an mantuus ille* W (fort ex: *vel annus ille*), §. 25 *ita•lia*, recte solus ex notis, sed correctum est ex „ita illa“, ut est in P, §. 21 *digna • majoribus suis* solus recte, sed fuit „dignos *a* maj.“, ut est in P, §. 14 *digna uti* W P, sed P, dignaṃ ịuti (sic), §. 6 *ceterum* P^2 W, §. 30 *socciitatini* P, *socii reatini* W, §. 37 *populariter aistineterque* P, *populari terra istineterque W, populariter at isti ne tergi versato* (!) cod. Gemblacensis, §. 43 *quis reliqua irae staret* P^1, *quis reliqua ire (id. e. irae) stare* W, §. 102 *postulare sivi* P^2 W, §. 104 *malevexatur* P^2 W, §. 110 *saneat'e . . . . anangnostae* P, *sane atte . . . . . anagnosce* W., §. 141 *occidere n̄* ‖ *aliud sit* P, *occidere non aliud sit* W, §. 146 *certa deịẹ* ‖ *texeram* P, *certa detexeram* W, sic solus hoc loco difficili veri vestigia cum P servavit, quum mihi ex „certadeie“ *certa clade* eruendum esse videatur. cf. Halm. ad h. loc. p. 983; *in Vatinium* §. 8 *cumṇiụs mea salute* P, *cum mea* ᵾ (sic) *salute* W, ut fortasse scribendum sit *cum mea unius salute;* apparet enim ᵾ in W initium esse mancae vocis (unius), §. 10 *a te* P, *a **te* W (ad h. loc. Halmius addidit

vitium est codicis W., quod librarius haud raro singula vocabula addidit, negligentia ex eis, quae praecedunt vel quae sequuntur, orta. Restat, ut addamus in *omnibus fere orationibus* cod. W. haud raro aliam praebere *verborum collocationem* ac cod. reliqui, saepe malam, saepe meliorem. Ita in una Caeliana *plus tricies* recedit ab iis, quae vulgo sunt servata (cf. infra var. lect). Saepe quidem, in primis in orat. phil., pro Lig., pro Dej., pro Marcello, *secunda manus* signa transpositionis addidit.

Operae iam sit pretium absolvere paucis, qua ratione verba Ciceronis in singulis, quas continet, W orationibus, servata sint, atque *quo ex fonte ille deductus esse videatur.* Primum in orationibus *pro Murena* et *pro Roscio Amerino principatum* tenet, atque ex iis, quae p. 9- 12 in notis attulimus, sequi nobis videtur, *ut in his orationibus ex eo ipso codice archetypo, antiquissimo quidem, sed mendis referto, lacunoso multisque locis obscurato describeretur, quem Poggius initio saec. XV ex Germania* (*ex Gallia* testatur Guariuus Veronensis in exp. Roscianae, cod Par. 7832, cf. Halm. p. 66, vol. II. p. 1) *in Italiam ad populares portasse dicitur. Sed quum W initio saec. XV exaratus sit, verisimiliter ante ex illo archetypo defluxit, quam is in Italiam deportatus est.* In or. *philippicis,* recensionem, quam vocant *Germanicam* profitetur. Etenim *communi ex fonte derivatus est una cum Bambergensi, Bernensi, Wolfenbuttelano N. 278, Tegernseensi, quia communibus, quae in his libris insunt, lacunis haud caret* (cf. orat. phil. II, §. 93—§. 96, orat. V §. 31—orat. VI, §. 18, orat. X, §. 8—10). Nihilo minus haud raro multa aliter in eo leguntur atque in illis codicibus Germanicis. Accedit, quod plures manus philippicas correxerunt, ut saepe verum restitueretur. Minime spernendus esse videtur in *oratione pro Sulla,* ut re vera ex meliore fonte deduceretur. Sed paucis haec quaestio absolvi non potest, quum in hac oratione modo cum optimo *Tegernseensi* et *Palatino nono,* modo cum *Bruxellensi* 9763 (de quo Halmius p. 753 addidit „huius codicis, qui foedissime quidem interpolatus et mendis omnis generis refertus est, sed *persaepe lectiones melioris familiae habet* etc.), modo cum deterioribus libris consentire soleat. Nihilo tamen

p. 988: *te* in P in loco eraso scriptum est, in quo plus duae literae scriptae fuerant, vide ne fuerit *abs te.* Recte vidit Halmius, cuius conjectura eo firmatur, quod inest in W, §. 16 *inteis* P *non teis* W, §. 37 *salvis* recte solus W, sed habet *salu • is,* litera aliqua post „u" erasa; olim ut in P *salutis* infuisse videtur. Pro C. Balbo §. 6 *nulla ſi famae* P^1 W, §. 28 *zmirnae* codices, sed W *et mirne* (ae). Librarius, qui non intellexit, quae descripsit, nomen urbis ea de causa in *et mirne* mutavit, quia *z* compendium esse solet pro *et* (!) §. 50 *quidheraclesimalexam* P, *quidheraclesiamlexam* W. pro *quid heraclesiensem Alexam.* Quomodo in reliquis cod. locus servatus sit, inde perspicere possumus, quod *Gemblacensis* habet *quid era de same lexat* (!) *qui de racle he malex at* cod. *Erfurtensis* (!) §. 50 *heros novem* P^1 W, §. 51 *civitatissiet* W P. *De haruspicum responsis* §. 6 *iam pedibus* P^2 W, *statutas solemnisque* P W, sed W solempnisq., §. 23 *simbulo* P^2 *simbolo* W, §. 38 *tibi at maiora* P^2 W, §. 43 *gaioque tutio* P^2 *gayoque tucio* W, *pro Murena* §. 12 *hisceribus* (*hisce rebus*) §. 12 *actriū* (ac triumphum), §. 12 *habeta ſit* (*habet aſia*), §. 18 *negotiosam o⁊ lestam* (*negotiosam et molestam*). §. 13 *non debes in arre anni ripe maledictum ex trivio,* ex „non debes m. ar (re anni) ripe maledict. ex tr., vel „ex non debes marre anniripe maled. ex tr." pro *non debes marce, arripere maledictum ex trivio,* §. 22 *arie ſilice* ex *artes ilico,* §. 31 *m. de fulfides recte per se* ex „m. (de repetitum ex anteced.) fulvi des recte perse„ pro *fulvii de rege Perse* (!), §. 36 *ac non Mallio* ex *acn̄ Mallio* i. e. a *Cn. Mallio,* §. 35 *commutata urāz, mores* ex *commutat aura rumoris,* §. 59 *pater* ex pr̄. i. e. *populus romanus,* §. 69 *ūllius ſū qua ſe ne voluntate,* ex *ullius* |*s*| *ūquā ſ3 ne voluntate* i. e. *ullius umquam, sed ne voluntate,* §. 73 *silnacta* i. e. *si l. natta,* §. 77 *q̊ſit ut enonis* i. e. *quasi tute noris,* §. 82 *eripſarat eliolem* ex „eripIar atq. evolem" i. e. *eripiar atque evolem,* §. 84 *musico* ex m^9 *collega* i. e. „meus collega", §. 85 *consul in has nomiana ministrādo bello* ex „consul ī |h| is non ī ad |a| ministrādo bello", pro „consul et is non in administrando bello". Sed haec, quae similiter quum ex reliquis tum ex or. pro Roscio Amerino desumi possunt, sufficiant *atque documento sint librarium codicis W. ex archetypo aliquo descripsisse, in quo scriptio, quae vocaturconti nua, extabat, quum alias vix talia explicari possint, qualia modo attulimus.*

minus verisimile esse videtur, eum eandem vel similem spectare propagationem ac cod. *Bruxell.* In orationibus pro *Ligario,* pro *Marcello* a *prima manu* exeundum est, quae W. ex eius modi codice descripsit a Gemblacensi, Erfurtensi, Tegernseensi, Mediceo, Gudiano saec. X, aliisque libris Gallicis sive Germanicis non multum diverso, nisi quod W paulo vitiosius est exaratus. Sed altera, tertia vel quarta manus (nam plures manus discerni possunt, et antiquiores et recentiores, quae non solum, (in primis *altera antiquior,* quae eadem saepissime in philippicis cernitur) qua de re supra iam diximus, interpungendi officio funguntur, verum etiam in radendo versantur et in corrigendo et addendo in margine et super lineam) haud paucos locos feliciter emendavit sine dubio alio codice adhibito. Sed in oratione *pro rege Dejotaro* perbonae est notae. Superat enim haud raro dignitate Gudianum saec. X aliosque cod. Germ., Erfurtensem, Gemblacensem, Salisburgensem, Gudianum № 2.[1]) In orationibus nobilissimi illius codicis

[1]) Qualis sit cod. W. in oratione *pro rege Dejotaro* ex his, quas notabimus, lectionibus perspici potest, §. 1 *ita me multa, Dejotari, tantum facultatis timor,* §. 2 *crudelem Castorem, in discrimen capitis,* §. 3 *cum verba audiebam,* §. 4 *cum per se ipsum,* §. 5 *domesticos, te unum intueor ad te omnis mea spectat oratio,* §. 6 *ei regi,* §. 7 *cum aequitas tua,* §. 8 *afflictum* W^1. *affectum* W^2, *metu Caesar, per dexteram istam te oro,* §. 9 *cum facile orari, si tum auxilia, ipse aetatis, perparvam amicitiae* W^1, *perparvam in amicitia* W^2, §. 10 *quique illum ordinem,* §. 11 *sumpta arma, quiescendum sibi arbitrabatur, ei nuntiabatur, esse effusam, quoad, ad eum literae legatique,* §. 12 *in quem, tanto--quanto tu omnibus praestitisti,* §. 13 *vel evocatus, non ad insequentem, ad periculi,* §. 14 *quem tu ex tuis civibus omnibus fidelissimum delegisti, pecuniam misit* etc. (cf. quae supra de hoc. l. dicta sunt), §. 14 *uterere, esse duxit,* §. 15 *a te non solum, importunitatis - - - cuius tantae* habet W, *tantae* W^2, *om* W^1, *omnes socios omnes liberos populos, quonam ille modo* W^2, *quo ille modo* W^1, *cum domo* om., §. 16 *quis rectior* (*quis tectior* alii codices, sed videtur scribendum esse *quis derectior,* quod translato sensu Cicero utitur pro Caelio §. 38, §. 41, §. 42), *fide et religione ac integritate vitae, nota igitur est, caderet,* §. 17 *rex munerare decreverat, cum ad me ista causa delata esset, missus fuerat, hac sum suspicione percussus, finget, ait medicus, primum, in cibo vel in potu,* §. 18 *celasset,* §. 19 *at quam* (sed W *at id quam*), *intexitur, negasti, collocati erant, quae P* (W^2) *africanus, tu in cubiculum,* §. 20 *obsecro te Gai cesar,* §. 21 *mutandi loci, vomere* (W^2) *post cenam te, at te eadem tua servavit fortuna* W^1, *at te eadem tua illa fortuna servavit* W^2, *transire non possent, haec sunt crimina insidiarum, sed fatuus et demens es, ille demens, conscium tanti sceleris,* §. 22 *qui erant conscii, vinciret, Romam misit, populo romano posset, tueri vix potest,* §. 23 *obaudientes, misisse Credo* W^1, *misisse, veteres credo* W^2, *ait etiam* (*etiam* W^2), §. 24 *alieno autem a te animo quomodo fuit?* ut Halmius divinavit, *regionis, ei quem* W^2, sed eadem manus iterum *ei* delevit, §. 26 *in regem, cum-cum-tum,* §. 27 *tetrarcha nobilis,* §. 28 *imitari potius Castor avi tui, maledictum in illam aetatem non conveniret, ea tamen cuncta illum exacta iam aetate defecerant* (sic legendum esse censemus, cf. pro Caelio §. 43: firmata iam aetate, §. 79 firmata iam stirpe virtutis, §. 70 in his iam aetatibus), *admirabamur,* §. 29 *ponendorum, felix ista domus castoris, qui et ab eo, fuerit et non modi* (apud te W^2) *sed etiam a suis,* §. 30 *acerbitatis, evocavit, quis, gener esset, repudiaretis, abducere,* §. 31 *comprehendi, cum Domitio confero,* §. 32 *nonne ad hunc, hoc ut ferunt Servio, immanitate* W^2, §. 33 *optimi hominis* (*optimi viri* alii codices, cf. pro Caelio §. 73, ubi *castissimo homini,* quod est in palimpsesto Ambrosiano ab Halmio receptum est), *te in invidia esse* W^2, *te invidia ſe* W^1, *ea* ante „te victore" om. W^1, *multas et afflictas et eversas domus,* §. 34 *qui in regno natus est, sed etiam clementissimum, ducem vidimus, nullus locus est,* §. 35 *ad extremum causae reservatum, neque enim se a te, quo minus a se qui in altera parte fuisset* (W^2 *potuisset*) §. 36 *cum, L Scipione, iussus esset* W^1, *iussus est* W^2, *servato, erecto,* §. 37 *peperisse, de* om., *de magnitudine animi,* §. 38 *te ad me scripsisse,* §. 39 *in me, accidere, qui sunt semel a te timore liberati,* §. 40 *nihil enim opus est, denegasti, quanto magis, incolumitates, regium nomen,* §. 41 *se esse tradituros confidunt, et a te, cum,* §. 42 *id suum facinus* W^2, *id facinus suum* W^1. Restat, ut addamus, multa praeterea in codice legi digna, quae notentur. In primis commemoranda est collocatio verborum, quae saepissime a vulgari recedit. Sed de his omnibus rebus posteriore tempore nobis erit agendum. *Magna* denique *lacuna,* qua §. 25 multi codices (etiam Gudianus antiquissimus) laborant, W *liber* est. Totam igitur variam lectionem huius §. 25 afferamus: *seque et filium, at eo, inquit, ipso tempore, quā habemus latinum, etiamsi esset tibi inimicissimus, lege belli, eadem sane* (sed „sane" W^3) *sententia, reges et filium suum.*

Parisini 7794, quarum *octo* eodem ordine insunt, W *magni est pretii.* Etenim in omnibus *proxime* ad P. accedit, nisi quod in *Vatiniana,* in or. *de har. resp.* majore negligentia scriptus est. *Nihilo minus ex Parisino ipso, quod facile aliquis putet, non deductus est, sed una cum. P vel potius, quod infra suo loco demonstrabitur, cum P² eandem spectat originem.* Quod in primis ea probatur re, quod non solum cum cod. vulgaribus et antiquioribus et recentioribus Gemblacensi, Salisburgensi valde dissentit, sed etiam *proprias lectiones cod. P. et P², sive optimas sive falsas persaepe iis praebet locis, ubi plurimi ceterorum librorum alia servaverunt.* Quum de hac re infra fusius acturi simus, addere liceat, codicis W auctoritatem in *Caeliana, Sestiana, Corneliana permagnam* esse, quippe qui ea haud raro tradiderit, *quae aut necessaria aut a viris doctis conjectura felici inventa sint.* Quam ad rem luculente probandam *ex Corneliana* complures hos exscripsimus locos, quos W aut *solus* aut cum *uno* ex aliis cod. sanos servavit: §. 1 *voluntati, principio orationis,* §. 2 *modestius* W¹, *molestius* W², §. 4 *verius,* §. 6 *donatus est igitur,* ut Orellius conjecit, cf. pro Caelio §. 39, ubi similiter W cum Palimpsesto Taurinensi solus recte praebet *haec est igitur tua disciplina,* §. 7 *huius crimen,* §. 8 *quod non oportuisset, sit enim aliquid,* §. 6 *cornelii, talis,* §. 10 *licueritne,* §. 12 *veritate fidem,* §. 13 *inscientem,* §. 13 *mutae,* §. 15 *libri,* §. 16 *huius experta atque perspecta* (codices: „huius * * atque perfecta"), Halmius „visa" supplevit, §. 20 *beneficiorumque,* §. 22 *atqui, si imperatoribus nostris,* §. 24 *coniunctissimos,* §. 24 *publice donari,* §. 27 *commune,* §. 27 *liberorum est populorum* quod Halmius ex sua conject. scripsit, §. 31 *sunt receptae,* §. 31 *volscorum,* §. 32 *ubi est igitur ex ceptum foedere Gaditano,* §. 42 *poena multavit,* §. 44 *consolabor et,* §. 35 *erga rem publicam nostram, adiunctum,* §. 37 *ut populus romanus,* §. 45 *de iure,* §. 47 *foedere a re publica bene gerenda,* §. 51 *civitate donavit,* §. 55 *sacra cereris* (sed W careris), §. 56 *tum pecuniam,* §. 56 *pretoriam, malo dente,* §. 35 plebemve etc.

Quum invectiva Sallustii in Cic. et in Sall. recriminatio non sint Ciceronis, cod. W in his non inspeximus. Sed in oratione pro *Quinctio* vulgaris est pretii, ut cum Parisinis ex eodem fonte derivatus esse videatur. Omnium enim codicum communibus lacunis §. 24, §. 85 (hic habet „appellasset") non caret, cum permultis aliis libris §. 35 „impetrasses" omittit et lacunam duodecim fere literarum indicat, quamquam nihil deest. Neque dissimili modo §. 95, ubi nihil desideratur, post „questus" lacunam ostendit viginti fere literis recipiendis idoneam. Eas lacunas, quas §. 93, §. 94 multi codices indicant, in W *non* cernuntur. Nihilo tamen minus W interdum meliora tradidit, qui §. 93 *belle,* §. 13 *arbitrio,* §. 17 *ad Castoris,* §. 2 *cuius* habeat.

In oratione pro *Val. Flacco* ex meliore fonte deductus est. Miro enim modo cum *T* (cod. Bernensis №. 254) conspirat. Hunc librum manuscriptum (T) Flaccianam, cuius non extant nisi recentioris aetatis codices, excepto uno fragmento, §. 39 — §. 54, quod in antiquissimo illo Vaticano servatum est, paulo puriorem nobis tradidisse, his nostris diebus Oetlingus, amicus meus, in progr. gymnasii Hamelensis 1871/72 p. 13 ostendit. Lacunas easdem (§. 5, §. 75 — §. 83) quae *non* indicatae sunt, habet W aeque ac reliqui cod.

Plancianae verba prorsus aliter in W servata sunt atque in ceteris codicibus Germanicis, Tegernseensi, Erfurtensi etc. Saepe quidem praeter plurima levioris et gravioris momenti menda optimas codicum T et E lect. tradidit, sed permultis locis ita cum reliquis libris dissentit, ut in eo alia inesse videatur recensio, quae vocatur. *Sed de hac diversitate disputare non possumus nisi posteriore tempore in alia dissertatione.* Plura tamen evulgemus: „loco corrupto §. 7 habet: „quid? tu *inanem* dignitatis indicem putas esse populum?" cf. Halmium ad h. loc. p. 1104, *inanem* in suis gallicis libris se invenisse testatur *Lambinus* (ed. II anni 1584 p. 59 in annot.) §. 14 *simul ut eos, qui sint professi, videro, dicam,* §. 15 *tamen nos in impetu studiorum,* ut Halmius ex sua conject. recepit §. 16 *nū quid* (num quid), ut Orellius conjecit, §. 20 *Fulviis, at* in quemcunque Arpinatem *incideris, tribum carentinam,* §. 22 *illum officii morem,* §. 24 *vel quod huius,* §. 26 *ex* civili *honore.,* §. 29 *pietas, atqui haec sunt iudicia, futata* (levi vitio pro „fucata," quum „c" et „t" saepe confundantur), §. 33 *edito iustitio,* „quid tristis *esset*", *cum ille eum salutasset et ut sic* (pro „fit") *dixisset,* quod Halmius ex sua conjectura scripsit, §. 36 *sodaliciis,* §. 38 „quid cum *mentina,* §. 83 „mea lege *exi*° (exilio?), §. 88 *quem profecto non videbam* omittit cum Tegerns. et Erfurtensi, §. 40 „nec opinante in *foro* notes" etc., §. 26 *lacrimis votisque omnibus,* (sed „omnibus" ita scriptum est, ut etiam *ominibus* legi possit"), §. 34 *quae enim fuit umquam Plantio vox,* §. 100 *hic me,* inquam, plancius etc., §. 91 *nam quod esse te liberum in re publica gloriatus es,* §. 91 *respicio etiam aliquando salutem,* §. 92 *fructus autem non, ut oportuisset, ex sese, laetos et uberes,* §. 93 *requiras,* §. 94 *esse defendendas,* §. 95 *vobis extollerem, fratris mei,* §. 97 *illa omnia municipia, excludi, haec perpeti maluit, si accidерent, fratris atque utriusque, in nave tuta atque fideli, preces atque vota,* §. 98 *refertam esse Graeciam cetu (coetu) sceleratissimorum hominum* (sed W „bonii") *ac nefariorum, ad Plancium perrexi, me mare, aliquando quod faciam me grate et pie facere, hic ergo simulac ac,* §. 100 *fratre meo, recessit,* §. 101 *me si in patriam* (sed W „patria") *restitutus essem, soluturus, rebus pollicebar, de eorum desiderio, tecum aliquid,* §. 102 *salute mea, nec tamen timeas, exsurge, quaeso, etc., et distrahat, duo deprecamur patres,* §. 104 *quoniam in istis lacrimis vestris.* Quanta denique sit lectionis discrepantia in W, praecipue ex his perspiciatur, quae ex primis Plancianae paragraphis exscripsimus: §. 1 *Gnei plancii, videlicet, bonos ac multos,* §. 2 *circumspectus, recreat et reficit, obsit apud eos* (sed W „absit"), *saepiusque mihi, judices, venit in mentem, studiosissimum et dignissimum salutis meae, hunc potissimum reum sibi delegisse,* §. 3 *tantum, judices, neque arrogo, quam de reo dixerunt,* §. 4 *agitata ita sunt ab illis,* §. 5 *in tanto vestro usu, neque est illum certius* (W „certum") *amicitiae vinculum,* §. 6 *itaque, argumentis, salus non defendenda, veniam ad illam, ad quam causa me ipsa deducit,* §. 7 *honos petitur, quin idem sit commune cum Plancio* (om tibi), §. 8 *de iure populi disputo, quod etiam multo minus esset ferendum, unde enim, ut exilio eius, ut potius te obiurgem, quam ut ego eam,* §. 9 *sed movetur plurimum gratia, facit eos magistratus, non enim est consilium,* §. 10 *at fueras dignior, ita concludam, primum illud, suffragia, considerare pocius al* (ul = vel?) *sepius a re publica, videtur deberi, maius est iudicium, vestrum autem est, ferre moderate modico populi voluntates, elicere alienas,* §. 12 *qui se ad me contulerat, semper dicet rogari voluisse semper hoc igitur placuisse, verum sine virtute sine consilio sine ingenio vita etiam etc.,* §. 13 *desiderabant, ac dereliquisti, aliis te reservasti, inquit, ad ea tempora te revocavi, negligenter poscenti,* §. 14 *quaerere iudicem, nisi forte largitione victus sis* etc. Sed haec sufficiant, ne longi simus.

In orationibus *Catilinariis* vulgaris est pretii. Sed certum de ea re iudicium nondum proferre possumus, quamvis W et d (codex olim Duisburgensis saec. XIV) saepe miro modo consentiant. Minime autem spernendus est in *Pompejana.* Quamquam saepe iis locis, quos optimi codices Erfurtensis et Palatinus male tradiderunt, sanus est, quamquam saepe alia praebet vitia, tamen ex lacunarum ratione apparet, eum cum *Fuldensi* 181, *Bernensi* 254 similem spectare originem. Sed secunda quaedam manus antiquior, quae, ut supra ostendimus, fol. 311ᵇ

338ª codicis scripsit, non solum multa in margine et super lineam correxit, sed etiam in explendis lacunis versata est.

Quum W in oratione pro *Archia poeta* lacunosus et mendis omnis generis refertus sit, satis nobis visum est non inspicere nisi primam orationis partem.

Mutilam et lacunosam Cluentianam W servavit, sed pulcherrime scriptam. Quum cod. §. 102, §. 127, §. 149 magnis lacunis laboret, §. 174 in his verbis desinat „propter multorum eiusmodi" apertissime ostenditur, in hac oratione eum *ex Mediceo* antiquissimo (Lagomarsini № 64), saec. XI, vel ex eius gemello descriptum esse. Nihilo tamen minus multa in eo aliter leguntur atque in Med. neque indignus esse videtur, qui ad totam orationem accurate excutiatur.

Iam ad *Caelianam*, his, quae de pretio ac dignitate in universum diximus, praemissis, transeamus, quae in cod., ut supra dictum est, fol. 154ª—164ª legitur. Ea, quae antea de interpungendi ratione ac de compendiis disputata sunt, huc in primis pertinent. Priusquam autem variam lectionem notemus, pauca de *rasuris*, quae in hac oratione haud raro extant, afferamus necesse est. In universum discerni non potest, utrum primam an secundam profiteantur manum. E contrario librarius ipse mendum aliquod his locis correxisse videtur, §. 31 *necare* (c. in ras.), §. 40 *ſ ⁎⁎ ma* (sententia?), sed „summa" fuit, §. 41 *voluptate* ⁎, §. 1 *obsederint* (i. in ras.) §. 2 *si* ⁎⁎, §. 38 *maledica* (c. in ras.), §. 10 *adolescent⁎e*; idem falsum substituit §. 2, §. 31 (utroque loco *noluit* rasura in „voluit" mutatum est), §. 77 „se ⁎"; a secunda manu haec profecta esse videntur, §. 19 *praemuniri* („u" et „n" in ras.), §. 14 *optimusque* (maxima ex parte in ras.), §. 34 *fortissimi* (c. in ras.) §. 53 q̓s (in ras.), §. 13 *audacter* (*u* et *d* in ras.), §. 57 ⁎⁎ *lustr⁎a*, ubi §. 19, §. 34, §. 13, §. 57 recte est emendatum.

Iam dabimus integram codicis W lectionis diversitatem eo verborum ordine, quomodo ab Halmio in Caeliana (p. 1000—1027) *constitutus est, adhibito.*[1]) Sed ne longi simus, in talibus rationem scribendorum vocabulorum sibi constare commemorare liceat:

michi, nichil, hii, affrica, pompejus, dyone, lucceyum, ptholemei, anthonium, tyberim, bayae (sed §. 49 „baiae), ytalia, gretie (graeciae), pirrhi, celius (plerumque, sed haud raro „caelius"), haut, aput (sed §. 40, §. 51 „apud"), dampnatio, temptatum, contempno, adflixit (sed §. 80 „afflixisse"), adsimulatae, aspicio, obpressisse, ymago, symphonias, plebey, ayunt, dii, cotidie, diffiniat, ortus (ut in codicibus *langobardicis* literis scriptis, sed §. 49 „hortus"), extare, expectare, extiterunt, extingi, existat, iocundus, iocunditate, nephario, (sed §. 71 nefario), obicere, pixidem, scalor, scolis, intollerabilis, solertiam, rivulus, adulescentia (sed haud raro „adolescentia" cfr. §. 1, §. 41, §. 44, §. 47, §. 49, §. 70, §. 78, §. 79, §. 80), inlustrari, inlustris (sed „illustris" §. 3, §. 28, §. 74). Praeterea (cf. quae supra de hac re diximus) fere semper „c" pro „t" legitur in his, quae sunt „pocius, cicium, amicicia, peculanter, servicia, negocium, pueriticiae etc.; atque e contrario saepissime „t" pro „c" extat in his „iuditium, suspitio, lupertis, pertinatia, audatia, speties, convitium, mendatium, sautia etc. Denique ut in aliis orationibus ita in Cae-

[1]) Errore typographico (cf. Halm. in appendice p. 1452) in verborum ordine p. 1024 legitur „hac enim lege adolescentia Caelii etc. Vir doctissimus „*nunc*" scripsit, quum „enim", quod in omnibus cod. est, ferri non possit. Ipsi in dissertatione nostra §. 13 olim conjeceramus *hac atque eadem lege*, quod Kaysero recte in recensione nostrae dissert. (Heidelberger Jahrbücher, 27 p. 427. 1870.) nimis audax mutatio esse videtur. Vir doct. ipse conjecit *hacce iam lege;* sed scribendum est *hac iam lege*, quum necessarium non sit sententiae vim augere, particula quae est „ce" δειχτιχῶς addita. Vix denique commemorare opus est, quam saepe „iam" et „enim" permutentur (W in fine versus *eñ*).

liana quoque W pro dipthongo „*ae*" semper *e*, pro „*oe*" „*e*", pro accusativo tertiae declinationis saepe „is", quod tamen nominatim notabitur, habet.

§. 1. *Inscriptione caret, consuetudinisque*, hᵒ cē i. e *huius* causae, staret, adocentem *nobilem*, iudicio, atratini illius, *libidinem muliebrem*, putat, nos (sed „nos" et „vos". „nobis" et „vobis", et quae sunt similia, in cod. vix discerni possunt).

§. 2. attendere diligenter *atque* existimare, iudices sic, quiq̄, niterētur, si ⁎⁎ noluit (n in ras.).

§. 3. quod om., autem parum, quibus autem *iam*, quaecunque, posset, *habitam summamque hodie haberi*, poterunt,

§. 4. *ista est quidem n(?)ostra existimatio,* auditis, haec om.

§. 5. abiectum, praesenti om. in fine versus, q; multis (que=quae), letissimos, equitis, ordinatissima, nobis, at (?) tam gravi.

§. 6. pfluxi (perfluxi), promulgata, homines.

§. 7. qua (ex „quā"), dicebat, len(?)ius agam, moderatur *et*, meum om., parentem tuumque, primum *ut* qualis es.

§. 8. *talem te omnes ſe existiment* (pro *talem te omnes esse existiment. Ita W solus vetus codicum lacunam recte expletam habet*), ab eorum, altrum, *atque etiam isti dignitati* om., posset, vellet, sine *ullo* argumento, ea - - - - politeque om.

§. 9. omnem om., q̷ (quod an quoad?), potuisti, pudore om., que om., quid ut, *togam virilem, in* artibus (ex „cū artibus").

§. 10. catelinae (item paulo post), ac quem, illius *etiam* amicis, aliorum *autem*, secutus est *tum* annus cām (causam).

§. 11. umquam (bis), fuit infamia, defenderat[1]), *illa prima.*

§. 12. *ac* studuit, *melius* ut videtur, i . e. *m.* celius, „et" ante „multi" om., *ex ordine omni*, sicut, nos, similabat. „et" ante „inter" om.

§. 13. quodam - - - turpioribus om., melioris, t(?)um, peccuda, *et* corporibus, cum tristibus - - - graviter om.

§. 14. *ex terris omnibus*, improbos om. in fine versus, adsimilatae, tenendi, quibus, *habeat* (ut §. 56 palimp. Taur.), etiam om., optimusque et firmus, cuius facinoris, etiam om.

§. 15. a om.

§. 16. neque *enim* facti, semel-iterum-est:om.

§. 17. flagitare, *accommodastis.*

§. 18. in om., et om., quidem om., *tamen sibi*, v(?)estras, abire (ex „adire?"), pelio om., *ac quidem longius*, medea mede animo egro. *Permutatione ista foliorum caret W.*

§. 19. a n(?)obis, sed mihi, ex quote fonte, accersitus, *esse solum,* solet.

§. 20. post „inventum" legitur *de teste fuſio, suas uxores*, redeuntis, attrectas, hiis, cedisse, *debebitis propulsare,* iisdem.

§. 21. *ego id*, sine causa, *putare causam esse iustam.*

[1]) W cum ceteris cod. habet: „tamen infamiam veram effugere non poterat." Vocem „veram" corruptam esse constat. Alii aliud conjecerunt. Conf. p. 13 meae dissert. (E. de Leutschius in Phil. XXV, p. 91 aliter iudicat) et Kayserum in recensione meae diss. p. 425, qui „infamiam communem", quod olim proposueram, non probat. Sed nunc in „veram" substantivum mihi latere videtur. Vide igitur, ne legendum sit „tamen *infamiam atque invidiam* effugere non poterat."

§. 22. conditione, sin(?)am, facilime effingi, *torqueri, et* signis.

§. 23. etiam om., ipse, quod om., ascicius, facto, *maledictum tuum.*

§. 24. cuiusmodi, *eius* om., asitius [1]), quid hic aut *in* summo splendore, coelio, removentur.

§. 25. l Herennium (pro L. Her.), pattēte (pro „pattēte=perattente“) n(?)ostros, lev(?)iter, luxuria, accedere(?)t, (*e* ex *i* correctum esse videtur), ut qui, delectantur om., deseruit.

§. 26. *haec* prima pars, cena ſeduxit (pro „cenasse se dixit“), *esse sodalem,* quidem, ꝙ legis, modo om., si etiam, *ne quis* si id, videatur.

§. 27. aliquod, *si licet* om.[2]), ſ fas (pro „ſi fas“), reminierit W[1], inierit W[2], qui in hortis fuerit“ om. in fine versus [3]), balas.

§. 28. gravisque, aliquis, illius.

§. 29. non deficiet, meam (pro „in eam“), *et copiose* (sic egregie vetus codicum lacuna expleta est), iudices et, v(?)estra.

§. 30. itaque *ego* severitati tuae *ita,* ut oportet, respondere non audeo, si qua est, magnam *tā* (*tam* vel ex *tamen*), qui om., versatur *ut,* aurum - - - - daretur om., irato om.

§. 31. noluit (sed *n* in ras.), *quam* locum, (ex *postquam* locum?), res em̄“ pro „res est.“

§. 32. *intelligas,* cum hec, crimini, *m.* celium, *opus, relinquitur,* nolui, *ago, ne* longius, quam ne, mihi om.

§. 33. priſte (ex „priſce“), sin illo, ex om., barbua, sed ex, et *qui* pro me loquatur.

§. 34. ſi loquetur, nec patrem - - nec patruum, *non avum, non proavum, atavum non, et* fortissimi, omnis civis, nubisses, con(?)movebant, „uſꝫ“ pro „usqꝫ“ = usque, tum in viris, tua amorum, pacem om. in fine versus, *viris* om.

§. 35. et verear, iam etenim, ulla [4]), commessationes, iudicium, que om., oportet *an* falsa, credendum om.

§. 36. ex hiis igitur tuis, summā, qꝫ (que pro „qui“), t(?)ubitavit, pnr|o (putato?), parum, timultuaris, fuisti om., cū hiisdem, visa, non potest, et tenaci, *esse dona,* fuit, huic, cui huic.

§. 37. sumam om., michi animus, o felix, t(?)ur te, facis om., nequidquam, dede ac disce, est om.

§. 38. directo, nullius sumptus, mensura, quotus quisque istam *presertim* effugere potest in tam maledica civitate, cuius om., et clementi patri om., quem cū (pro „que (quae“) etiam), promulgaret, sumptibus om.

---

[1]) Veterem magnam cod. lacunam W *aeque* expletam habet *ac codex Parisinus.*

[2]) Ipsi p. 10, dissert. nostrae verba „si licet“ *pro glossa* esse habenda indicavimus.

[3]) Confer Kayserum in recensione nostrae dissert. p. 422, nos p. 28. nostr. dissert., Oetlingum (librorum manuscript, qui Cic. or. pro Caelio cont., qualis sit conditio, examinatur, deinde ejusdem Cael. virtutes et vitia ex veterum rhetorum praeceptis investigantur etc.) p. 13, cui illa verba a Donato ad Hecyram IV, 1. 36 laudata ex §. 36, §. 38, §. 49 petita esse videntur. Quod tamen demonstrari non potest. E contrario Donati supplementum optime hoc loco legitur. Librarius aberravit a „qui“ ad „qui.“

[4]) Vetus lacuna codicum sic in W expleta est: *facis, quae dicis, quae insimulas,* (ut legitur in codice Salisburgensi aulico №. 34), *quae in sororem tuam moliris, quae argumenta*“. Cf. quae infra de hoc loco disputabimus.

§. 39. *parens tibi hunc puerum commendavit,* hac om., *ac* continentiae, omnis voluptatis, *suae vitae,* „et“ ante „cum“ om., ſ**ma (sententia, videtur tamen „summa“ fuisse), arbitros, omnisque, qz (qui et).

§. 40. utrum, carthe, absoluerunt, honeste om., aliqua, coñiveret.

§. 41. et interdum, rerum (bis), *iam* om., quod iam Beiero suspectum erat (oñ. T. I. p. 258), *ut est pro Sestio* §. *10,* „cum se corroborarit“. At conf. pro Cael. §. 11 „cum is iam se corroboravisset ac vir inter viros esset“.

§. 42. *conspernetur,* huic om., *interclusum* iam frondibus et virgultis *iter,* aliquid, ſi (pro ſit“), directa, *spoliet rem alienam,* fama pro „famā“, *et* experiendo.

§. 43. *ac multi quidem,* defervissent, post *liquet* rasura extat, ordinatissimi (cf. §. 5), alieni (bis), libidinis.

§. 44. quondam, vicina (ex „vicia“ pro „vitiū“), *q̃m* (*quum*), Halmius conjecit: *quae iam.*

§. 45. non - - - copiam om. in fine versus, (librarius proximum versum praetermisit), benivolentiam, et bonis artibus om., *disputavi* W[2], non numquam *aliasque* impeditus, quomodo, agendo om., posset.

§. 46. „cāz (causam?), aliam, esse om., *est paene-deserendus,* qua re in hoc genere labore fiendi *hominesque* a studio deterret (fort: *qua re in hoc genere labor offendit hominesque a studio deterret.*

§. 47. se, dedisset, *ad*vocavisset, *nichilne* (bis); in ea, queratur, *ac* clarissima luce.

§. 48. eius saeculi, *hic ego iam diffiniam rem* (Halmius et Kayserus: „hic ego *ipsam rem* definiam“); vide, ne melius legendum sit „hic ego *eam definiam rem.*

§. 49. sed quae, *ulla* (cf. 36 „cur alienam ullam mulierem nosti?“), faciet, geret, ut, atque comitatu om. [1]), si quis.

§. 50. abſte (item paulo post), tu dissimilis, aut *flagi*tiosum, eiuis (pro „eius“), non esses, tu om., AM. celio, *factum esse, aut impudentia et huic et ceteris magnam ad se defendendum facultatem dabit* (ut Orell. I).

§. 51. e vadens, *aut* scopulos, videtur *esse,* dictis p (pro dicitis ꝙ = dicitis quod), lucei, t(?)um, insidiantibus, domi.

§. 52. ceterum, l. lucullum, ſciſſimi (pro „sanctissimi“), sempiterni. [2])

§. 53. rursus dicere, quis (sed vox legitur maxima ex parte loco eraso atque obscurato), possēm, est, credendum, illam, lucei, *fuerit ei,* non locus om.

§. 54. laborata (cf. §. 44), *viderentur proferri,* et gravissimum testem, in famat atqꝫ *in* fortunas suas, A*M* celio, potuisset - - - severe om., accipe (accipere), negligere, in hospite, quid, at tum cū petisset, *servis* om., negligere, quid, len(?)iter, ferre, p̄mittēt, (videtur esse *praemitteret*).

§. 55. recitate testimonium luccey, in aliquam vocem putatis ipsamque pro se causam et veritatem possem pro se mittere, et in rea (fort. *in re ipsa*), illa om., esse om., auctoritas om.

§. 56. *ego idem* (fort. *ego idem nec* etc., cf. 30 „ego idem etc.), volvere *venenum isti mulieri vellet dare celius,* cf. pro Cluentio §. 125., *l* herennium (cf

---

[1]) Codicum vetus lacuna sic rectissime expleta est: „*sed etiam proterva meretrix* (sed W: „vertx“), cum codice Salisburgensi aulico №. 34.

[2]) Vetus lacuna sic in W expleta est: *quam ad rem aurum obiret an non dixerit. Si non etc.*

§. 49, §. 25, item cod. §. 55 praebent, „luccey“ pro l. luccey), abierit, nemini, audistis - - - - suo om. (legitur „au .... suo), ob om., commissam, *ut alterius sceleris suscipiendi fuisse causa videatur* („causa“, quod codices (at Salisburgensis „ut alterius causa“ etc.) omittunt, jam Lambinus eodem loco supplevit).

§. 57. *sic enim est objectum* (Halmius conjecit „sic enim objectum est“), usus es, certa, omnis, ac quibus, magnopere, est hiisne, ut ēēt (in fine versus pro „uti, sed“), *familiarisque,* proferendum est, hiisdem in.

§. 58. iam, ēē dnā ēē ſcibat (esse domina esse scibat), sin enim, cum servis *eius*, in quo loco, esse om., ob hoc.

§. 59. proch dii, coniūctis (pro coñiuetis, cf. §. 40), vidi et, dolore l’ (pro „dolorē ul’, id est „dolorem vel“), e sinu e gremioque, senatum (se natum), omnibus om., ibi, ꝙ̄ (quam) W² super lineam et in margine.

§. 60. restisset, consulem, ex hac *ergo*, ne parietes, alium, perhorresceret, haec om.

§. 61. *sit paratum,* est, hiis veneni, huic illae lacrimae.

§. 62. delitescerent, repente om. in fine versus, prosilierent, reprehendi, balneorum, intimûm, conicere, commode om., recipetur (reciperetur), permuſcatione.

§. 63. quenam, venen, quin primum, *tales* feminae familiares, etiam, illam, virtutem - - - delituerunt om., sint enim, pyxidem om., coñiēcisse, ꝑ magna vis (permagna vis?), omnium, se om., per se ipsam (sed W: per se ipam̄ (per se ipsa iam?).

§. 64. et sine, isti om., nam necesse *non paucos fuisse*, „et“ ante „comprehendi“ om., facile posset om. in fine versus, et (pro „ēēt“ = esset), q̊m (videtur „quum“ esse) tibi tradidisset, teneretur om., ad *hoc* rogati (Lamb.).

§. 65. meliori tempore, quam tu, in om., veneni pyxidem om., quae si iam erat, omnium, quō (pro „q̊mō (quomodo), colle(?)cati, videre om., venissent, etiam exitus, cum om., ſtabilla.

§. 66. quī̊d (ex „quaero id?), miserit, occulis, hiis signis, *quos quidēm testes ego iudices.*

§. 67. animus *primum iam videre* lentes iuvenes, atque praesidiis, locatos, quonammodo latuerunt, alvusne ille aut equus, quos, „et“ ante „tam“ om., autem, comprehenderint, quam valent, in conviviis om., deserti, tridinii, iudicium, commessatorumque, cf. §. 35, *aspectus*, et lignorum, omnis, si om., si me audeant, videant.

§. 68. *ac* clarissimorum, *inveniemus*, sublevata, *inquit* om., cum rem *tute* non ad eos non, tibi illam, comparatam.

§. 69. sit, *cadere non videatur*, es, vel om., *a celio quidem non est factum* („non est factum“ apud Orell. I), *adolescente fortasse, non est,* et abte W¹, *apte* W² in margine, videretur.

§. 70. *dicta est causa a me,* n(?)obis, dissentione, fumantis, hac enim lege (cf. quae supra diximus de hoc loco), libidines et delicias.

§. 71. hoc om., camurci (item paulo post), C om., ceserni (item paulo post), *impudicitiam,* vetustatem, nectiano (paulo post „nectii“), *causa est, sunt stupro, aferia*, et maleficio, emittendi.

§. 72. *crimen quaestionis, aliquid* eiusmodi, *et* vestra severitate, (cū = cum quae est vera lectio, sine dubio abiit in „et“; omnes reliqui codices „et cum“ etc.) seiunctam, disciplinis, hiis capescendam, is autem fuit, velit is studiis, nobiles.

§. 73. est om., procōs, viro, discessit, *et* eorum, veteri, et clarissimi (bis).

§. 74. umquam om., in om.

§. 75. flexi, ut (ex „et“?), adulescentes, *paululum*, in civitate, qui, eiciunt, erant, ꝗ’ꝗ’ (quidquid?), propulisset.

§. 76. iste om., *me invito me hercule repugnante me, et floressit* (ex *ecflorescit*, quod Halmius hoc loco postulat, pro „efflorescit“ (cf. pro Ligario §. 4, ubi cod. Coloniensis „et flagitatus“ habet, W rectius „efflagitatus“, praeterea p. 13 nostr. diss. et app. criticum ad §. 82, §. 102, §. 98, §. 91 Sestianae, §. 17, §. 52 orationis de harusp. responsis), quam inserenda om.

§. 77. effervisse, *inimiciciis ferocitas pertinatia* (Lamb. ed. II, sed addidit codicum „vis“ post „inim.,)“ sed quem etiam minorum, levi vitio pro „miñorum“, idem error iam in antiquis edit. legitur); deferverint, iam ista dies, huic, c(?)um, vestra.

§. 78. *violatam esse* (Lamb.), cf. pro Cluentio §. 118, ſi turbulentus, datur, vicinitate, cf. variam lect. ad. §. 77, coelius, iniquitatum, et *ad* inflammandam urbem, ut Bakius conj., sed W: *„flammandam“*, „cum suis“ in fine versus, *ſi turpissimum*, fort. ex *„et turp“*, ut Bakius codicum lacunam recte explevit.

§. 79. *misericordiae vestrae*, nescios (pro „vestros“), uti liberorum, ante hunc tam *ipsa natura*, ꝙ̄ꝙ̄ (quamquam), n(?)ostro, falso (in fine versus), atque hunc.

§. 80. plenam spei maximae non modo maxime non aluisse vōs, sed etiam (fortasse ex „non aluisse *vobis*, sed etiam), pert(?)ulisse, si nobis (in fine versus et repetitum initio insequentis paginae), adictum, *Subscriptione caret.*

Iam operae sit pretium accurate ostendere, *qualis sit ratio codici W in Caeliana cum aliis, qui noti et collati sunt, libris manuscriptis.* Priusquam autem ad eam rem demonstrandam transeamus, notas, quibus in distinguendis optimis codicibus [1]) usi sumus, explicemus necesse est:

P = codex *regius Parisinus*, 7794, saec. IX.
  P¹ significat primam manum, P² correctiones antiqua vel recentiore, P³ correctiones manu multo recentiore factas.
G = codex *Gemblacensis*, 5345, saec. XII.
E = codex *Erfurtensis*, saec. XII.
S = codex *Salisburgensis*, 34, saec. XV.
Col = codex *Coloniensis* gymnasii catholici 70.
A = fragmenta *palimpsesti Ambrosiani.*
T = fragmenta *palimpsesti Taurinensis.*
W = codex *Helmstadiensis*, 304, nunc *Wolfenbuttelanus*, 205. saec. XV. [2])

---

[1]) Optimorum codicum collatorum qualis sit ratio in Caeliana et Sestiana, ostendimus in nostra dissert. p. 1—31 (cf. praeterea Oetlingum in diss. antea laudata p. 1—22). Ex W in diss. nostra, quod antea commemoravimus, non publicavimus nisi singulas lectiones, Caelianam et Sest. spectantes. Inde de eius origine ostendere non potuimus nisi hoc, quod cum P. maxime cohaeret. (cf. Kayserum in recensione nostrae diss., p. 418).

[2]) Quomodo permulti reliqui *Caelianae* codices *collati et noti, Barberinus* Garatonii, *quattuor Leidenses*, n 50, 91, 128, 12, *sex Oxonienses*, T, C, H, χ, ε, ψ, *Palatinus nonus, quinque alii Palatini*, Ber-

Primo aspectu apertissime probatur codicem W proxime accedere ad optimum et antiquissimum Parisinum, quippe qui primum permultas optimas ac P proprias lectiones tradidit iis locis, ubi GES reliquique codices aut minus apta aut satis falsa praebent. Ita in PW talia leguntur, qualia sunt, §. 4 *idemque,* §. 7 *aliqui,* §. 9 *quoad* (ut videtur, nam vox in W eo compend. scripta est, quod alias „quod“ significat), §. 9 *dicam,* §. 11 *initia actatis,* §. 12 *se viris deditum esse,* §. 12 *libidinis,* §. 13 *audacter,* §. 17 *eius mendacium,* §. 17 *milibus,* §. 18 *domus,* §. 18 *era,* §. 20 *cena,* §. 21 *etiam hoc,* §. 24 *asicius,* §. 24 *autem sit,* §. 23 *et conscius,* §. 23 *afuit,* §. 26 *quorum,* §. 25 *si quidem,* §. 28 *concessu,* §. 28 *genus hoc,* §. 30 *deprecari vacationem,* §. 30 *persona versatur,* §. 30 *sumptum,* §. 34 *plebei* (sed W plebey), §. 35 *videro,* §. 35 *actas,* §. 36 *perpulerunt,* §. 36 *parasti,* §. 37 *caecilianumne,* §. 41 *aut prolapsione,* §. 41 *soli iam in scolis,* §. 45 *vestra prudentia,* §. 45 *propter benevolentiam forte,* §. 56 *haereret,* §. 57 *isdem in,* §. 59 *se mori,* §. 63 *equidem,* §. 64 *temperantes,* §. 64, *tradendam,* §. 65 *id se,* §. 59 *pro di inmortales* (sed W *proch dii im.* ex *proh dii im.*) §. 67 *in istum locum,* §. 73 *paulum,* §. 74 *quaerellae* (sed W querellae), §. 72 *velit is,* (levi vitio pro *velit iis*) §. 76 *in his iam,* §. 78 *urbem,* §. 43 *libet* (levi vitio pro „liquet“, quod Madvigius correxit, reliqui codices „necesse est“), §. 26 *ne quis* (sed W „ne quis si“ etc., ut appareat, quomodo factum sit, ut in reliquis codicibus vocula, quae est *si,* perverse nasceretur, qui „ne si quis“ etc. praebent).

Neque alia ratione in solis codicibus PW verum iis inest locis, ubi idem non servatum est nisi in uno ex reliquorum codicum numero. Ita praebetur §. 14 *cuius* PWE, §. 23 *peroratam* PWG, §. 26 *dixit* PWG, §. 39 *si qui* PWG, §. 42 *reique publicae* PW Colon., §. 44 *profusa luxuries* PWG, §. 63 *dein* PWG, §. 68 *dicatur* PWG², §. 72 *is (iis) autem* [*fuit*] PWE, §. 46 *ludus* PWS, §. 37 *egone quid velim* PWS, §. 24 *movebat* PWS„ §. 24 *causa nititur* PWS, §. 30 *in hunc* PWS, §. 67 *quam volent* PWS, (sed W *valent*) §. 16 *cupidus* [1])

nensis I, *Bernensis* 254, qui omnes, excepto Bernensi I, accuratissime ex Parisino descripto (cf. p. 20 diss. nostrae), vulgaris sunt pretii, ut nihil fere (cf. tamen §. 62. §. 18, §. 43, §. 49, §. 76) ad emendandam Caelianam ex iis desumi possit, inter se cohaereant, quoque ex communi fonte defluxerint, in diss. nostra p. 23—25 exposuimus. Solos eos libros manuscriptos olim a *Lambino, Lallemando, C. Stephano, Ursino, Memmio* in recensenda Caeliana adhibitos, qui omnes in Gallia scripsisse dicuntur, non solum ex meliore fonte deductos esse, sed etiam haud raro verum nobis tradidisse, p. 22 diss. nost. ostendimus. Nihilo minus caute in hac quaestione absolvenda agendum esse constat, quum prorsus dubitetur, utrum plures re vera codices fuerint necne. Quod si igitur liber *Ursini,* codex vel duo codices *Lallemandi,* varia lectio *marginis Lambini,* suspicionem magnam excitant, — codex quidem *vetustus Lambini vel codices Lambini,* cod. *C. Stephani, duo Memmiani,* cod. *St. Victoris,* in dubitationem vocari non possunt - dolendum est, quod ex his omnibus codicibus non exscriptae sunt nisi singulae lectiones. Id quoque ignoratur, utrum hoc ipso tempore extent an deperditi sint. Quod si extant, sine dubio plures eorum in numero Parisiensium latent. Codicem saltem *St. Victoris,* quo Lambinus usus esse videtur (cf. Madvigium op. acad. I q. 425 not. 2) eundem esse ac Parisinum 7777, Halmio praeeunte (II p. 716) demonstravit *Barwesius* (quaest. Tull. specimen primum ad Cael. or. spectans, Gottingae 1868 p. 9). Inde apparet, codicem *St. Victoris,* cui Madvigius olim nimiam tribuit auctoritatem (op. acad. I. p. 421) *anno* 1466 *exaratum esse in monasterio St. Victoris prope Parisios sito.* Restat, ut addamus, praeterea permultos extare codices Caelianae nondum collatos. *Ipsi* p. 26, 27 nost. dissert. quinquaginta fere attulimus, *Barwesius,* p. 13—20 suae diss. plures investigavit. Omnes nihil, quum diversitas lectionis ignota sit, valere ad conditionem Caelianae dijudicandam satis patet, neque quisquam (cf. Barwesium in diss.) *ex solo orationum ordine* probare potest, qualis sit librorum ratio. Nihilo minus plures haud indigni esse videntur, qui accurate excutiantur, quum Harlejanus saec. XII, Lagomarsinianus n. 25 saec. XIII profiteantur.

[1]) Nihilo minus pro certo habemus vocem, quae est „cupidus“ ferri non posse (cf. p. 18 diss. nostrae, Oetling. p. 20), quamquam Halmius p. 1005 addit „at recte dictum videtur *cupidus* de accusatore ira et studio temere abrepto, qui hominem innocentem insectetur, ut pari ratione testes et iudices cupidi

Multis denique locis consensus codicum PW extat, ubi verum non minus recte etiam in aliis libris manuscr. traditum est, ut bene haec legantur §. 18 *aegro* PWGE, §. 25 *accederet* PWGE, §. 32 *fratre* PWGE, §. 33 *atque imaginibus* PWGE, §. 32 *suscenseat* PWGE, §. 32 *ac si loquetur* PWGE, §. 35 *idemque* PWGE, §. 37 *vix ferendi, diceret talis pater* PWGE, §. 39 *atque in voluptatibus* PWGES, §. 41 *multarum rerum* PWGE, §. 44 *gurgitis* PWEGS, §. 52 *spoliare ornamentis spoliatricem* PWGE, §. 57 *vitia ac flagitia* PWEG Col., §. 58 *iam* (levi vitio pro *tam*) PWS, sed S recte *tam,* §. 61 *tanta familiaritas cum Clodia* PWGE, §. 67 *fortunisque parcant* PWGE, §. 69 *infacetum* PWGE, §. 72 *instituimur* PWGES, §. 79 *constituitote* PWGE etc.

Magnum praeterea familiaritatis est documentum, quod permulta, quae P recte in rasura habet, ut suspicandum sit, librarium primae manus in scribendo errasse, falsum erasisse verumque statim intulisse, eodem modo in W leguntur ut §. 3 *aeque, parum,* §. 4 *criminis loco* (quum P non modo syllabam „is“ in rasura praebeat, sed etiam ante „loco“ rasuram indicet, Halmius bene conjecit *criminis in* loco, nisi forte exspectamus *criminis isto* vel *eo* (sc. *primo*) *loco,* quae explicatio verbis §. 3 probatur; cf. p. 14 nostrae diss. Sed primum inserto nihil opus est, quoniam ista verba prorsus in universum dicta sunt, neque *Rufinianus* de figuris sent. §. 12 et *Quintilianus* XI, 1, 29 locum aliter laudant atque in omnibus codicibus servatus est, §. 5 *iecisse* (Inde Halmius *egisse* legere vult, at *fundamenta jacere* recte dicitur pro Marcello §. 25 *ut fundamenta nondum quae cogitas jeceris,* pro Murena §. 14 *iacta sunt fundamenta defensionis,* cf. praeterea Phil. I, 1, 1, Phil. IV, 1, 1, Phil. V, §. 30, Phil. VI, §. 1, pro Flacco, §. 4, p. 5 nostrae diss. et Kayserum in recenſione eiusdem diss. p. 428, qui *fundamenta iecisse* probat), §. 6 *teste,* §. 8 *talem te,* §. 14 *optimi* (sed W optimusque ex *optimicuiusque* in ras. secundae manus), §. 13 *quis civis,* §. 16 *quamquam* (sed P *quanquam* et W compendio ꝙꝙ), §. 18 *ad id,* §. 19 *est* (Lambinus bene *erit,* cf. p. 5 nostrae diss. et Kayserum in recensione p. 426; sed acquiescendum est in lectione vulgari), §. 22 *navare,* §. 24 *asicii,* §. 29 *coner,* §. 34 *aduleſcentulo,* cf. p. 5 nostr. diss. et Kayserum p. 424), §. 35 *baias,* §. 37 *per me licebit,* §. 45 *valet,* §. 48 *valde,* §. 43 *obtecta,* §. 53 *esse,* §. 59 *di* (sed W *dii*), §. 65 *mimi,* §. 71 *certe,* §. 74 *cui misero,* §. 78 *a paucis,* §. 80 *suis,* §. 63 *equidem,* §. 52 *dixit,* §. 71 *camurti et* (sed W *camurci et.* Halmius p. 1024 addit: „sed in P *camurti et* in ras. ita scriptum est, ut spatium deletarum literarum non sit expletum.“ Itaque locum sic constituit *M * Camurtii et C Caesernii.* Sed non videmus, quid deesse possit. Spatium deletarum literarum sine dubio ea de causa non est expletum, quoniam is, qui verba loco eraso scripsit (manus prima ipsa fuisse videtur) insequens praenomen *C,* quod deest in cod., non addidit). Denique PW §. 34 praebent *moverunt,* sed P syllabam „mov“ in majore rasura primae manus habet. Quum accedat, quod oratio, quae gradatim surgit, fortius verbum postulat, Halmius *allectaverunt* conjecit. Ipsi olim p. 7 diss. nostrae *tam vehementer moverunt,* Oetlingus p. 16 suae diss. *tam valde moverunt* legendum esse censuimus; cf. Kayserum in recens. p. 424. Sed nunc vitium in sola voce, quae est *moverunt* nobis latere videtur, ut locus sic fortasse restituendus sit „cur te fraterna vitia potius quam bona paterna et avita et usque a nobis cum in viris tum etiam in feminis repetita *perlexerunt.*“ cf. pro Flacc. 30 *mulierem imbecilli consilii perlexit ad se,* pro Cluentio 5 *animum adolescentis perlexit.* Neque pejus cogitare possumus de *perpulerunt,* cf. §. 36 Caelianae *candor huius te et proceritas, vultus oculique perpulerunt,*

dicantur“. Sed assentiuntur nobis, *Lambino* atque *Ernestio* praeeuntibus, *Madvigius* (op. acad. I, p. 392 et *Kayserus* in recensione dissert. nostrae (Heidelberger Jahrbücher 27, p. 422). Valde autem est dubitandum, num „cupidus“ mera sit glossa. Quam vocem depravatam esse existimantes locum sic legi proponimus: „quod quamquam nec sapienter et me invito facit, tamen est eius modi *iudices,* ut magis insectari . . . . videatur.“ Tenendum enim est primum, quam similia sint haec compendia „*cupid*°“ et „*iud.*“, deinde quam aptum sit hoc ipso loco alloqui iudices, priusquam orator ad novam criminationem diluendam transeat.

Accedit praeterea, quod PW haud raro eandem profitentur rationem scribendorum vocabulorum. Ita haec habent ipsorum propria, §. 1 *ocio, ociosis,* §. 14 *adsimulatae,* §. 14, §. 23 §. 53, §. 61 *suspitio,* §. 23, §. 55, §. 65 *expecto,* §. 36, §. 47 *cotidie* (sed §. 1 PWGE), §. 70, §. 79 *extinxit,* §. 63 *solertiam,* §. 57 *vicia,* §. 74, §. 75, §. 38 *adulescens* (sed §. 38 etiam G), §. 69 *commentitiam,* §. 75 *eiciant,* §. 23 *afuit,* §. 33 *existat,* §. 31, §. 34, §. 40, §. 43, §. 61, §. 73, *extitisset* etc., §. 78 *adflixit,* §. 13 *audatia,* §. 11 *ceperamus* pro *coeperamus,* §. 66 *inlustrari,* §. 40 *carthae,* §. 20 *redeuntis,* §. 26 *legis,* §. 28 *illustris,* (*Pinlustri),* §. 67 *omnis.* Denique cum G in his consentiunt: *gravis* §. 28, *omnis* §. 57, *fumantis* (etiam E) §. 70, *obiciuntur* §. 45, §. 50, §. 72, *contempnis* §. 50, *equitis* §. 5.

Maximum autem et gravissimum est signum simillimae originis, quod in PW primum eadem multa levioris et gravioris momenti menda, quae maxima ex parte etiam in reliquis libris manuscriptis inveniuntur, ut sine dubio antiquissimo iam tempore exorta esse videantur, extant. Ita haec aperte falsa vel minus apta leguntur, §. 25 *ut qui* (G^2 recte *et qui*), §. 27 deest *qui in hortis fuerit,* §. 30 *si qua est,* §. 33 *sin illo, sed ex illa,* §. 35 *et ut verear,* §. 37 *mihi,* §. 40 *aliqua* (G^2 recte *alia*), §. 41 *et interdum,* §. 42 *aliquid (T aliqui ludus,* at cf. Halmium p. 1014 ad hunc loc. et p. 29 nostrae diss., ut verba palimp. damnanda esse videantur), §. 44 *quodam,* §. 45 *quoquo modo,* §. 47 *dedisset,* (quum *Arusianus Messius* locum sub voce *dedo* laudet, apparet *dedidisset* legendum esse. *Eadem forma et* §. 28 Cael. *et* §. 47 *orationis de harusp. responsis restituendum est,* ubi in codicibus *dedissent* et *dedisset* inest, ut priore loco cum Hervagio *qui totam adolescentiam voluptatibus dedidissent,* posteriore *nisi primo se dedidisset iis, quorum* etc. legatur; cf. pro Caelio §. 45 *animus libidini deditus,* pro Sestio §. 45 *nisi me unum sibi dedidissent,* quum populo grat. ageret §. 13 *nisi me constrictum domesticis hostibus dedidissent.* Postremo loco *solus G dedidissent* (reliqui *dedissent*) servavit, pro Sestio §. 45 omnes cod. male *dedissent* praebent, sed verbis, quae sequuntur, ostenditur, *dedidissent* scribendum esse. Quod si Halmius ad Cael. §. 28 p. 1009 notavit: *dedidissent* Hervagius, fort. recte, ut est §. 47; cf. tamen pro Roscio Amerino §. 18, Div. in Caecil. §. 4," repugnare videtur, quod vol. II. pars 1 p. 34 ad §. 18 Roscianae dicit: *dedidisset* coniecit Reisig; at cf. Div. in Caec. §. 4 *qui me ad defendendos homines--dedissem,* nisi utroque loco *dedere restituendum est"*), §. 49 *geret,* §. 52 *ceterum (ceterorum* cod St. Victoris rectius, nos p. 12 diss. *tuorum* conjecimus), §. 53 *sempiternam, rursus,* §. 54 *credendum, elaborata, et gravissimum, in hospite, servis* deest, at cf. Madvigium op. ac. I. p. 402, p. 30 nostr. diss., Kayserum in recens. p. 422), §. 59 *ibi* (cf. Halmium p. 1020, cum Garatonio fortasse *rei publicae* ex *r. p.* legendum est, cf. de har. resp. §. 4 *quanta impenderet procella rei publicae)* §. 59 *patrueli, consulem,* §. 60 aliam (S recte *alium*), §. 63 *hominum,* §. 65 *quae si iam erat,* §. 65 *omnium, est etiam exitus,* §. 67 *locatos, quonammodo, et,* §. 68 *sublevata,* §. 68 deest *inquit,* (at cf. p. 29 nostr. diss., Oetlingum p. 8, ubi demonstravimus *inquit* ex dittographia exortum pro glossa esse habendum) §. 68 *sit,* §. 70 *hac enim,* §. 71 deest *C,* §. 71 *et maleficio, emittendi,* §. 72 *disciplinis* (fort. *ei disciplinae,* cf. 13 nostr. diss., quam nostram conjecturam probavit Kayserus p. 428 recensionis suae), §. 73 *discessit,* §. 78 *datur,* §. 79 *quamquam,* §. 1 *Atratini,* §. 9 *in hunc M Caelium* (verba *M Caelium* glossam esse ostendimus p. 9 nostrae diss. nota 3. cf. §. 10, §. 22, 23, 67, 77, 56, 29 ejusdem orationis. Nos recte vidisse confirmat Kayserus p. 421. Iam Muretus ad Catil. II §. 14 eadem verba delevit, quod his demum diebus in eius commentario invenimus), §. 23 *a facto,* §. 24 *cuius modi,* §. 24 *removentur,* §. 26 *videantur,* §. 62 *reciperetur,* §. 12 *diversisque inter se* (Coloniensis rectius *diversisque et inter se,* sed Lambino obtemperandum est *diversisque atque inter se pugnantibus* etc. scribenti, §. 19 *accersitus,* §. 56 *nemini* (cf. Halmium p. 1019), §. 39 *ac,* §. 55 deest *esse,* §. 57 *ut esset,* §. 60 *conantem* (post *conantem*

aliquid deest; cf. p. 7 nostr. diss. et Kays. p. 425 in recens., qui *turbare omnia* supplevit, nos *suadere leges perniciosas* vel *atque rem publicam delere* conantem), §. 28 *illustres* (post *illustres* deest *cives.* cf. §. 73, §. 43, pro Balbo §. 54, in Vat. §. 40, p. 8 nostrae diss. et Kayserum in recens. p. 425), §. 49 *aquis* (cf. p. 13 nostr. diss., Kayserum p. 426; legendum esse censemus, ut olim conjeceramus, *equis*), §. 55 *dignitatis,* deest aliquid post *dignitatis;* lacunam explevimus olim p. 28 nostr. dissert. voce, quae est *humanitatis,* quod Kayserus p. 428 laudat. Tenendum est enim, hoc loco etiam *dignitatis* non servatum esse nisi in palimpsesto *T et* in *W,* ut plura antiquo tempore excidisse videantur, §. 50 *perturpe aut* (*perturpe ac* Kaysero probante p. 428 restituimus p. 17 nostr. diss.), §. 79 *turbine aliquo aut subita tempestate (ac subita tempestate,* eodem Kaysero laudante p. 17 nostr. diss. conjecimus), §. 48 *ab eius* (S recte *ab huius*), §. 38 *potest,* §. 48 *concessis* (Ernesti recte *concessu,* cf. §. 28 *datur enim concessu omnium* etc., Oetlingum p. 19 dissert. suae, Kayserum in recensione p. 429), §. 51 *insidiantes* (sed W *insidiantibus,* S rectius *insidiandis,* nisi mavis *insidiando,* quod Halmius bene conjecit), §. 57 *magnopere,* §. 56 *volvere* (T recte *evolvere*), §. 74 deest *umquam,* quod A servavit, §. 73 *viro* (A *homini,* quod receptum est; utrumque bene dici posse patet, cf. p. 29 nostr. diss. et apparatum criticum ad §. 33 orationis *pro rege Dej.,* ubi Halmius *viri,* quod cod. Fuldensis, Gissensis, tres cod. Modii et Priscianus, qui II p. 168 locum laudat, servaverunt, praetulit, reliquis libris optimis Gembl., Gud. 2, Erfurt., Salisb., Helmstad. *optimi hominis nec tibi ignoti* praebentibus), §. 55 *testimonium luccei* (sed W *luccey*).

Deinde autem PW soli ex notis miro modo multa vitia levioris momenti communia habent. Etenim quum haec in utroque codice extent, quae sunt §. 20 *attrectas, iudices etiam* (!), §. 22 *conditione* (!), §. 27 *aliquod* (!), §. 20 *cedisse* (!), §. 5 et §. 43 *ordinatissima,* §. 36 *parum* (!), §. 63 *illam* (!), §. 18 *medeanimo* (sed W ex dittographia *medea medeanimo*), §. 51 domi (!), §. 51 *ut dictis* (!) §. 27 *reminierit* W^1, (*inierit* W^2 in margine), §. 67 *deserti,* §. 66 *miserit,* §. 71 *vetustatem* (!), §. 73 *veteri* (!), §. 78 *coelius* (!) §. 80 *falso,* §. 79 *uti liberorum* ex *ul* (vel) *liberorum,* §. 55 *possem pro se mittere* (!), §. 58 *esse domina esse scibat* (!), §. 54 *negligere, accipere, ferre,* §. 9 *potuisti* (etiam E), §. 14 *defenderat, tenendi,* GE recte *delendi*), apparet, librarium codicis W Caelianam descripsisse ex exemplari P simillimo, ut aut, quod falsum invenit, religiose non mutaret, aut, quod multo verisimilius est, ea quae scripsit, non intelligeret, sed nihilo secius in suum librum transferret. Quam levis in talibus fuerit emendatio, reliqui probant codices, in quibus, exceptis paucis locis §. 66, §. 46 (hic PW soli habent *labore fiendi,* quod Madvigius egregie in *labor offendit* mutavit; cf. quae supra de hoc l. dicta sunt in varia lect.), §. 54 (PW soli *actum cum petisset,* Lambinus ex cod. et T *actum si comperisset,* nisi lectio cod. S: *actum cum comperisset,* praeferenda est, quoniam apparet *cum* multo facilius excidere potuisse quam *si*), ubi alia pejora vitia praebent, verum inest. Uno denique loco GE pluresque alii codices aliquid ex optimo fonte hauserunt, quippe qui verba §. 8 *atque etiam isti dignitati,* quae necessaria sunt (cf. Kayserum in recens. p. 418, p. 18 nostrae diss., Oetlingum p. 14) quaeque *Aegrotius,* vetus grammaticus, p. 2269 tuetur, servaverint. Lacuna, quae in cod. PWS nonnullisque deterioribus invenitur, inde nata est, quod olim aberratum est ab *aetati* ad digni*tati.* Restat, ut addamus, etiam in ceteris orationibus PW solos ex notis similiter mira communia menda tradidisse. Quorum permagno ex numero talia commemorare sufficiat, qualia sunt pro Sestio §. 49 *semel* P, sed correctum est ex *semi,* quod inest in W, §. 72 *gavioleleliorea* (cf. Halm. p. 956), §. 115 *maxima plaudatur* pro *maxime pl.,* §. 119 *illi* pro *ille,* §. 117 *cons. ore ipsi* pro *consulto rei ipsi* (!). §. 120 *egita p. R* pro *egit apud* populum Romanum, §. 133

toambuam (sed W addidit syllabam *es* insequentis vocis) pro *tabula* (!), de domo §. 8 *illi rerunt* pro *illi senserunt* (!), §. 10 *novi consilii capienda* pro *novi consilii capiendi*, §. 18 *potuisse* pro *fuisse et* (!), §. 18 *ea me* pro *a fame* (!) §. 19 *haberi oratio est* pro *haberi oratio potest* (!), §. 19 *triumphos* pro *triumphis*, §. 22 *proconsuli* pro *proconsule*, §. 25 *animo modo* pro *animo quoquomodo*, §. 40 *ab Oppio* pro *ab Appio* (!), §. 42 *eius* pro *eas*, §. 63 *retunderam* pro *rettuderam* (!), §. 111 *a tanacras simulacrum*, sed W *athanacras simulacrum* pro *a Tanagra simulacrum*, §. 139 *omnia et coruncanis*, sed W *coruncani* rectius pro *omnia e Tib. Coruncanii* (!), cf. Halm. p. 901 ibique reliquarum codicum lectiones. Quae cum ita sint, iterum apertissime elucet, librarium codicis W non descripsisse nisi ex archetypo aliquo codici P simillimo.

Sequitur igitur ex his, quae disputavimus, ut facile aliquis arbitretur, codicem W ex ipso Parisino deductum esse, praesertim quum id gravissimi sit momenti, quod uterque liber manuscriptus in Gallia exaratus praeter multas ejusmodi lectiones, ut verum vel aliud memorabile erui possit, non solum miro modo saepissime eadem leviora et graviora omnis generis menda, sed etiam permultis locis eas egregias et proprias lectiones iis locis solus servavit, ubi in reliquis codicibus aut falsum aut minus aptum inest. Accedit, quod idem consensus etiam in ceteris orationibus non deest. Quam ad rem accurate demonstrandam plures alios afferamus necesse est locos, quos PW soli ex notis rectissime et emendatissime tradiderint. Ita optime in utroque codice legitur *in or. quum pop. gr. egit:* §. 1 *precatus*, §. 2 *mihi* (etiam S), *et si*, §. 5 *assecuti*, §. 7 *et inaudita*, §. 8 *idem qui* (etiam S), §. 10 *perfecit*, §. 10 *civium* (etiam G), §. 11 *aut populum, referrent, gratiae, de solemni religione*, sed P *de solem de religione*, W egregie *de solempni d' religione*, ut sine dubio legendum sit *de solemni deorum religione*, quod Halmius hoc loco divinavit, §. 12 *oppius*, §. 13 *decertare* (etiam S), *nolui quod et vincere* (etiam S), §. 16 *honoribusque*, §. 16 *qui sunt, fuerunt, erunt* (cf. turbas reliq. eodicum apud Halm. p. 854), *virtute, sapientia, gloria princeps* (cf. Halm. p. 854), *oratio fuit quemadmodum accepi tripartita*, §. 17 *in quo* (etiam S), *per me unum*, §. 21 *quoniam me quattuor, facinorum singula* (cf. Halm. p. 856), §. 22 *optime meritis*, §. 23 *ulciscendi* (etiam S), §. 23 verba *qui addidit---dissolvit*, quae in P manus sec. rec. male addidit, *W solus non habet, pro Balbo* §. 2 *indices*, §. 7 *huius crimen*, §. 18 *violatur a virtute*, §. 18 *causa totius* (levi vitio pro *c. potius*), §. 25 *privatus, paternus* (etiam G), §. 29 *homines* (PW levi vitio *omnes*, reliq. cod. om. vocem), §. 30 *moris ac iuris*, §. 33 *nec quidquam*, §. 36 *superiore*, §. 37 *esse salvum velit, maiestas* §. 39 *generis aut studio reipublicae ii ab* (sed W rectius cum Ascensiana I omittit *ii*), *hercules ipse*, §. 43 *et adsunt principes, adsunt civitates*, §. 45 *de iure* (PW *de iuri*, om. rel. cod.), §. 50 *aquilium, bonum qui vivit, camertium*, §. 53 *masone*, §. 55 *confici cerimoniaque*, §. 56 *invidiosorum*, §. 59 *pro, urguetur* (W levi vitio *urgentur*), §. 65 *cogitate*; *de domo sua ad pontifices:* §. 1 *di* (W semper *dii*), §. 5 *primam*, §. 6 *tuos a te iam pridem*, §. 7 *te iam illius, utrum est tempus*, §. 8 *me*, §. 10 *quam fames*, §. 13 *ne, flagitabat* (etiam G), *annonam esse dicebant* (etiam G), §. 18 *a·caede*, §. 19 *delaturos potissimum*, §. 25 *abiectam*, §. 26 *a quo, fratricida* (sed W *fratricidia*), §. 27 *benevolentiae*, §. 31 *quasi isti aut*, §. 32 *praetermittam*, §. 34 *hodie*, §. 34 *suscipiet iam liberos*, §. 36 *vestrae sint aetatis* (iam Palatinus IX), *ne qui dolus*, §. 37 *adoptabat*, §. 39 *contionibus*, §. 40 *in contionem* (G), §. 46 *ac si*, §. 49 *plerisque in bonis*,

§. 52 *romae*, §. 57 *qui eam si iam esset ignoto* (etiam G), §. 58 *eorum*, §. 62 *senatus consules vocabant*, §. 71 *sed vero isti* (G), §. 76 *exussit*, §. 77 *in te P. Fontejus vitae necisque*, sed W *in te p. fonte eius vitae necisque* (!), ut iterum apertissime appareat, librarium diligentissime descripsisse, quae non intellexit), §. 79 *diu, fidulio*, §. 83 *illius Cinnani temporis noluit* (sed W *Cinani*), §. 88 *mihi tale populi iudicium;* §. 95 *me* (sed habet W ante *conscientia*), §. 98 *cara patria est* (etiam Palat. IX), §. 101 *assensu*, §. 101 *eo* (G), *p. r. Maelio* (et Pal. IX), §. 106 *sedes* (sed W levi vitio *cedes*), §. 110 *tu igitur, et modestia*, §. 121 *aut eram*, §. 122 *quam proposueram*, §. 123 *reperiretis*, §. 125 *bona sua* (etiam cod. Lagomars. 8), §. 131 *dedicari tu in civis* (sed P *dedicarit uin civis*), §. 136 *iussa*, §. 139 *omnia et coruncanis* P, rectius W *omnia et coruncani*, inde Halmius *omnia et Tib. Coruncani*, G *et quorum canii* (!!), §. 138 *pontificum iure*, §. 137 *oti* (otii), *a aequitum nota doloris*, §. 143 *fructum reciperandis* (sed W *recuperandis*), §. 141 *quae uordissimi* (W rectius *quecordissimi*, inde Halmius *vaecordissimi*), §. 141 *se meque* (W levi vitio *se neque*), §. 140 *delatatum sunt ad vos pontifices et post* (postea W) *omnium (hoc W) sermone celebrata* P, *delatastis ad vos pontifices et-----sermone celebrata* W; latet in eo hoc „*delata est res ad vos pontifices et post omnium sermone celebrata*, quod in ordinem verbòrum recipiamus; possis etiam conjicere *delata est res ad vos. pont. et post omnium horum sermone celebrata; pro Sestio:* §. 12 *belli casumque* (sed W *b. cesumque* ut videtur), §. 12 breve, §. 14 *se offerunt insectantur:* (PW levi vitio *insectanter*), §. 16 *libidine insani*, §. 17 *nomine appellem, oculis*, §. 17 *hocine* (W hoccine), §. 23 *vita plena et conferta voluptatibus, adeunda*, §. 20 *erat*, §. 26 *meque etiam*, §. 26 *me* (initium est mancae vocis *memoriam*), §. 27 *deprecerare, vestis facta*, §. 29 *mihi cum fratre cum patre eius erat* (at cf. Halm. p. 939), §. 33 *tibi tute legasti*, §. 35 *metu et periculo*, §. 36 *nec vero*, §. 36 *pertimui nimium (a) me timidum*, §. 37 *italia cuncta*, §. 39 *omnes erant*, §. 44 *plaga mihi sanabilis, qui imposuisset* (sed PW *que* levi vitio pro *qui*), *senatum consules, r. p. sissent*, §. 46 *essem unus deditus, dolorem aliquem suum*, §. 47 *qui superessent*, §. 49 *improbos cives*, §. 55 *etiam adprobantibus*, §. 57 *de hoc, nullis rebus repetitis*, §. 58 *esse dicamus, magnam illum, certis rebus imperatis*, §. 59 *tulit gessit qui* (Sed W totum locum desperatum ac lacunosum sic habet: *constrictum videri tulit gessit. qui et ipse gessit. qui et ipse hostis fuit populi Romani* etc. Sine dubio in W vestigia sunt veri, quippe qui verba praebeat, quae in omnibus reliquis codicibus desunt. Fortasse locus sic restituendus est: *constrictum videri eum, qui et ipse bellum gessit, qui et ipse hostis fuit populi Romani et acerrimum hostem in regnum recepit, qui conflixit, qui signa contulit* etc. Verba enim, quae sunt, *tulit* (quod corruptum esse videtur ex *bellum*), *gessit*, suo loco mota sunt, atque librarius olim aberravit a *qui* ad *qui*. Restat, ut addamus, in solo codice P lacunam inesse quindecim fere literarum, quae si vacuum spatium spectamus, his expletur *eū q' z ip̄e bellū gessit*), §. 64 *civitates liberas*, §. 66 *qui locus orbi terrae*, §. 66 *aut flandae* (G), §. 67 *aliquando*, §. 73 *permutatione*, §. 77 *criminami Sestium* (G), §. 78 *certe non fuit*, (sed W *certa* ut videtur), §. 79 *interfationem*, §. 80 *temere*, §. 86 *virtute* vidimus (G), §. 87 *vellet ereptum* (*P vellet e re P tum* (!), W *velle te 're p. tum* (!), in reliquis codicibus sunt mira menda), §. 90 *iure*, §. 91 *dissipatos*, §. 91 *ecferitate* (W *efferitate*), §. 97 *negotii gerentes, est igitur ut ii sint* (sed WE *igitur ut hii sint*), §. 102

ecferas (W *efferras*), §. 115 *quoniam optimo cuique impertitur,* §. 117 *consulto rei ipse,* PW soli *cons. ore ipsi*), *stantes ei manibus,* §. 122 *o ingratifici, disertissimus,* §. 123 *totiens, miliens,* §. 124 *venit et se populo dedit,* §. 130 *cum ille omnes prope Metellos* (sed W om. *ille*), §. 131 *reditusqui natalis* (Halmius *reditusque natalis*), §. 133 *tabulam sese scriptorem esse diceret* (sed P *toambuam essese scriptorem esse diceret* (!). W rectius *toambuames fefe scriptorem esse diceret* (!), cf. Halmium p. 978), §. 139 *hi auctores huius dignitatis atque imperii* (G) §. 144 *actorem; in Vatinium testem:* §. 1 *si, ad rogandum,* §. 2 *paucis meis,* §. 3 *in hoc* (G), §. 6 *respondeo,* §. 8 *nemo consuetudinem meam, nemo humanitatem* (G) *ac vere,* §. 8 *in memoriam,* §. 9 *non est sane requirendum, boni viri* (G), §. 10 *sed ut tecum cum homine, non solum* (G), §. 13 *abs te,* §. 14 *futura* (G), §. 15 *sitiebas* (levi vitio pro *sciebas*), §. 16 *aedilicium,* §. 18 *post sedentibus, duobus non, ecquando* (W *etquando*), §. 19 *clarissimi* (cf. Halm. p. 991) *labefactatam, perversam, rempublicam putasti* (G), §. 21 *in re publica, ab tabula,* §. 22 *maiestatem,* §. 23 *eam rem publicam, isdem* (G), *pervertere,* §. 24 *mortem,* §. 25 *ante aliquanto,* §. 26 *ergo* (G), *tuus ille* (G), *impurissime,* §. 27 *multas iam* (G²), §. 29 *quotiens,* §. 31 *fibulo,* §. 32 *ut nisi* (W levi vitio *ut michi*), §. 33 *etiam illud,* §. 41 *qui cum autem eius, noles* etc.; *de haruspicum responsis:* §. 2 *potest,* §. 3 *vastitatem ea sua,* §. 5 *odio dignitatis* om. PW, *glande, labefactam,* §. 8 *senati. C. quae,* §. 14 *senati consultis,* §. 30 *liberata* (*est*). *At in iis aedibus* recte W, liberast • atinis aedibus P, §. 40 *igitur,* §. 44 *omnibus,* §. 55 *ei fortasse, extingueretur, cogitanti,* §. 54 *recuperarat* (G), §. 58 *domus,* §. 62 *aliqui* (G); *de provinciis cons:* §. 3 *perversae, omnia,* §. 5 *expetitum esse,* §. 13 *cum,* §. 22 *Servili,* §. 25 *publici consilii,* §. 34 *antea,* §. 38 *esse commendati* (G), §. 44 *si hoc* (G) etc. Sed haec sufficiant, ne longi simus. Suo enim tempore hanc optimarum codicum PW lectionum gregem aliis exemplis augebimus.

Quamvis igitur consensus codicum WP tantus sit, quantus in omnibus reliquis libris manuscriptis non extat, tamen nullo modo probari potest W ex Parisino ipso descriptum esse. Quod nobis accurate erit demonstrandum.

Primum uterque codex suam praebet rationem scribendarum vocum. Quum in codice P genetivus secundae declinationis eorum vocabulorum literam vocalem ante exitus, qui sunt, *us* et *um* praebentium haud raro in *i* cadat, ut talia legantur, quae sunt *caeli* §. 3, §. 9, §. 15, §. 35, §. 53, §. 61, §. 70, *clodi* §. 17 *offici* §. 55, *testimoni* §. 55, *benifici, malefici, industri* §. 74, quum praeter *proemium* §. 68, *fincxisse* §. 55, *neclexisset* §. 54, *relicuus* §. 51, §. 56, *qur* §. 64, §. 66, *repperiuntur* §. 40, *optestorque* §. 78, *obtumi* §. 72, *opterendae* §. 46, *conlocaret* §. 49, §. 64, *adtulisse* §. 53, *adtinuerit* §. 61, *adpeteret* §. 47, *adfinis* §. 34, *sumministrantur* §. 20, literae vocales *u* pro *i* et *o* pro *u* non solum in exitu superlativorum (*humanissumo atque optumo* §. 2 et sic saepissime), sed etiam in his reperiantur, quae sunt *lubido* §. 2, §. 10, §. 12, §. 44, §. 53, §. 78, *lacrumae* §. 61, *revortar* §. 6, *volnus* §. 15, *voltis* §. 18, *avom* §. 34, *vorsentur* §. 57, *reliquom* §. 37, quum denique saepissime voces syllaba *in* pro *im* incipiant in *inpune* §. 78, *inpudentiam* §. 71, *iandudum* §. 69, *inbecillum* §. 66, §. 67, *inpenderet* §. 59, *inpudentia* §. 50, *inmensa* §. 29, *inpudicus* §. 30, *inlecebrae* §. 12 etc., apparet haec, quae attulimus, omnia antiquissimum spectare fontem, ex quo olim librarius codicis P hausit.

Omnibus autem illis locis codex W a vulgari haud recedit orthographia, quae vocatur. Accedit (cf. exempla, quae supra p. 16 collegimus), quod P primum accusativum pluralis

tertiae declinationis in *is* pro *es* cadentem saepissime, W rarius servavit, quod praeterea in W semper *e* pro *ae* atque *oe* et talia, quae sunt *michi, nichil, hii, scola, scalor, cotidie iocundus, solempnis, contempno, dampnare, existere* etc., saepissime *y* pro *i*, in primis in nominibus propriis (*ymago, ayunt, pompeyus, dyone, luceyus, tyberim, bayae, ytalia* etc.) inveniuntur, quod denique *t* pro *c*, atque e contrario *c* pro *t* in W saepissime, in P rarius extat. Quae cum ita sint, negari non potest, utrumque codicem diversam tradidisse rationem vocabulorum scribendorum, alteram (codicis P) antiquissimum fontem spectantem, alteram (codicis W) a vulgari, quae haud raro est codicum Germanicorum et Gallicorum, saec. XI—XV, velut Tegernseensis illius nobilis, nunc Monacensis 18787, non recedentem.

Gravioris est momenti, quod multa vitia insunt in P, quibus W caret. Primum hic commemoranda est *perturbatio ista gravis foliorum,* qua duae Caelianae partes loco motae, §. 18—§. 28 et §. 28—§. 36, inter se permutatae sint. Codex Parisinus, quum sine dubio plurimorum nunc collatorum codicum fuerit unicus fons, non est mirandum, quod ista permutatione permulti libri manuscripti laborant. Verum autem verborum ordinem cum codice *Salisburgensi* №. 34 *et tribus deterioribus Leidensibus servavit W.* Addi liceat, maxime esse dubium, num librarius codicis W, qua fuit imperitia latini sermonis, id perspexisset vitium, quod multos alios, qui descripserunt quorumque nonnulli fortasse peritiores fuerunt, effugerit.

Deinde P permulta in singulis vocibus admissa habet menda, quae omnia in W non leguntur. Profitendum quidem est, plurima non minus negligentiae librarii deberi quam levioris esse momenti. Quorum gregi adnumeranda sunt haec, quae sunt §. 2 *cusa* (causa), *discendisset* (descendisset) §. 3 *variae* (varie), *aeque* (aeque), §. 11 *quam in* (qua in), *quomodo* (quoquo modo), §. 12 *aliquod annus* (aliquot annos), §. 13 *facinerosis* (facinorosis), §. 15 *deserti* (diserti), §. 18 *coli possit* (coli posset), §. 19 *quaeri* (queri), §. 21 *consulend* (consulendi), §. 23 *dionae* (dione), *qui est* (quid est), §. 24 *ad* (at), *quit•ut hic* (quid aut hic, sed W *quid hic aut*), *leviter* (W leniter, ut videtur), *venditasse* (ventitasse), §. 26 *quia ut apsunt* (qui aut absunt), §. 28 *ungenta* (unguenta), *habere* (haberi), §. 30 *auctore missae* (auctore emisse W, pro *a. emissae*), §. 31 *capud* (caput), *negare* (W solus recte *necare*, sed in ras,), *opugnandum* (oppugnandum), §. 34 *deremi* (diremi), §, 36 *plurimaqui* (W rectius *plurimumqui*), *quitumultuaris* (W *quid timultuaris* levi vitio), *potest* (potes), *calcitat* (calcitrat), §. 37 *quidicam* (quid dicam), §. 38 *hortus* (W *ortos* pro *hortos*, ut in codicibus langobardicis literis scriptis), *cummearent* (commearent) §. 39 *cursim* (cursum), *cumillos* (camillos), §. 40 *doctissimus* (doctissimos), §. 41 *ali* (alii), *multae enim* (multa enim), *casus* (casu), §. 42 *inveniretis* (inveneritis), *iactu* (tactu), §. 43 *alienis* (alieni), §. 44 *ad* (at), *liberi* (libere), *dilitiae* (deliciae), *maturae* (mature), *convium* (convivium), §. 48 *meretricis* (meretriciis), §. 49 *sin hortis* (si in hortis), §. 50 *procaxqui* (procaxque), *discripsi* (descripsi), *non* tibi (num tibi) §. 51 *habitabant* (habitabat), *necarentur* (necaretur), §. 52 *divinxit* (devinxit), §. 56 *causam* (causa), §. 57 *luxuriaes* (luxuries), *servus non esse servus* (servos non esse servos), *luxuriae* (luxurie), §. 59 *acervissimum* (acerbissimum), §. 60 *eliceat* (eliciat), §. 61 *lucinio* (licinio), §. 63 *coicere* (W *conicere* pro *conjicere*), §. 63 *quin sit* (quin sint), §. 64 *favella* (fabella), §. 64 *prosilere* (prosilire), §. 65 *auleum* (aulaeum), §. 66 *sine illo* (sine ullo), §. 67 *cogar* (cogam), §. 70 *delecias* (delicias), §. 73 *carissim* (clarissimi), §. 74 *habiit* (abiit), §. 76 *aetatis* (aetati), §. 77 *quot* (quod) etc. *Nihilo minus plura gravioris momenti vitia codicis P correcta extant in W.* Quum enim ejusmodi corruptelis, quae sunt §. 6 *torrensis* (forensis), §. 9 *nequamquam* (nequam), §. 17 *militibus* (milibus), §. 18 *causam iam* (causa iam), §. 26 *et quidem* (equidem), §. 31 *nobis etiam*

(nobili, sed etiam), §. 34 *faliaris* (familiaris), §. 34 *cotidiae foedera ferrires,* (cotidie foedera ferires), §. 36 *devictum* (devinctum), §. 42 *plerique ut autem iratus* (plerique autem iratos), §. 43 *romanorumque* (majorumque), §. 44 *reperiretur* (reperietur), §. 46 *locus* (iocus), §. 50 *siq* (si quae), §. 51 *aurium* (auri), §. 52 *non dedita si* (non dedit. ita si), §. 62 *remittant* (rem istam), §. 68 *manu misit* (manu missi), §. 71 *exercitare* (excitare), §. 78 *muliebris* (muliebri) careat, quum in primis *haec rectissime in W legantur,* quae sunt §. 12 *tam ex* (P *tamen*), §. 47 *tot iam menses,* ut Lambinus voluerat (P *tottamenses*), §. 57 *lustra* (P *illustria,* sed W vocem in rasura habet), §. 58 *ad eam rem ipsam parato,* ut Madvigius divinaverat (P *ad eadem rem*), § 61 *aiunt huic* P. *Licino,* ut Madvigius egregie conjecerat (P *aiunt hoc P. L.*), §. 75 *qua ex vita* (*xubita* P), §. 76 *significant* (P *significat,* sed W *sigt,* altera lineola inter *a* et *g* spectatur), §. 77 *etfloressit* (sine dubio pro *ecflorescit,* quod Halmius p. 1026 flagitat, cf. quae in varia lectione de hoc loco diximus (P florescit, sed ante primam syllabam aliquid erasum est), manifesto apparet librarium codicis W, qua erat ignorantia latini sermonis, non ex suo correxisse ingenio, sed ex codice aliquo descripsisse, qui *lustra, significant, qua ex vita, ecflorescit* cum *Salisburgensi* (sed hic *efflorescit*), *tam ex* cum GE, sed *tot iam menses, aiunt huic P. Licinio, ad eam rem ipsam parato* solus ex notis servaverit. Restat, ut addamus, etiam in ceteris orationibus permultis locis vitia codicis P, quae saepe occurrunt, in W non inesse. Sed de hac re suo tempore nobis plura erunt proferenda.

E contrario codex W permultis mendis singulorum vocabulorum refertus est iis locis, quos P sanos tradidit. Quod non est mirandum, si nobiscum reputamus, librarium codicis W negligenter *et imperite,* quod supra iam est indicatum, in negotio suo versatum esse. Quorum vitiorum magnum si respicimus numerum, facere non possumus, quin profiteamur, librarium codicis W, qui in una Caeliana *plus ducenties alia vitia* admiserit, maxima ex parte *in levioribus peccasse.* Quorum omnium quum in varia lectione supra mentio sit facta, hic rei demonstrandae causa afferre sufficiat, in primis parapraphis haec mendose legi, quae sunt §. 1 *staret* (stare), *iudicio* (iudicium) *putat* (putet), *nos* (vos), §. 2 *quiquam* (quicquam), *niterētur* (niteretur), *si noluit* (si voluit), §. 3 *autem parum* (aut parum), *posset* (possit), *poterunt* (potuerit), §. 4 *auditis* (audietis), §. 5 *abjectum* (objectum), *que* (quae), *letissimos* (lectissimos), *nobis* (vobis), §. 6 *promulgata* (pervulgata), *homines* (hominem), §. 7 *qua* (quam), *dicebat* (decebat), §. 8 *altrum* (alterum), *posset* (possit), *vellet* (velit), §. 9 *quid ut* (qui ut), §. 10 *ac quem* (ad quem), §. 11 *umquam* (bis), §. 12 *sicut* (sicuti), *nos* (vos), *similabat* (simulabat), §. 13 *melioris* (meliorum), *peccuda* (pecunia), §. 14 *adsimilatae* (adsimulatae), *quibus* (quibusdam) etc. Culpa archetypi fuisse videtur, quod W his gravioribus inquinatus est mendis §. 17 *flagitare* (flagitatae), §. 3 *poterunt* (potuerit), §. 7 *parentem tuumque* (parentemque tuum), §. 76 *propulisset* (propulset), §. 79 *nescios* (vestros), §. 78 *vicinitate* (in civitate), §. 75 *civitate* (vicinitate), §. 68 *illam* (allatam), *comparatam* (compertam), §. 67 *lentes* (lautos), §. 57 *certa* (cetera), §. 56 *abierit* (objecerit), §. 38 *mensura* (versura), §. 26 *cena feduxit* (cenasse se dixit), §. 18 *abire* (obire), §. 63 *etiam* (eam, fort. ex *deinde qui eam provinciam susceperint,* quum necessarium nobis videatur pronomen relativum repetere), §. 39 *utrum* (verum), §. 36 *fuit* (venit), §. 19 *solet* (vellet), §. 11 *fuit infamia* (sine infamia), §. 13 *et corporibus,* §. 14 *optimusque et firmus* (sed maxima ex parte in ras.), §. 44 *vicina* (vitia), §. 47 *queratur* (quaerat), §. 67 *comprehenderint* (comprenderint), §. 55 *re-*

citate (recita), §. 53 *lucei* (luccei), §. 47 *se* (sese), §. 42 *directa* (derecta, itemque §. 38), §. 67 et §. 35 *commessationes,* §. 62 *delitescerent* (cf. de har. resp. §. 55 et app. crit. ad §. 61 or. pro Caecina), §. 29 *deficiet* (deficiat), §. 25 *luxuria* (luxurie) etc., presertim quum ea, quae §. 67, §. 55, §. 53, §. 47, §. 42, §. 38, §. 29, §. 25, §. 35 minus apta leguntur, etiam in PGE vel GES extent. Neque dissimiliter in ceteris orationibus W *peculiaria plurima praebet menda,* sed plerumque levioris, saepe levissimi, rarius gravioris momenti.

Sed ad aliam gravem veniamus diversitatem exponendam. Codicem W multis omissionibus singulorum et plurium vocabulorum laborare p. XI iam indicatum est. *Ita in Caeliana quoque plus octogies lacunosus est, ubi nihil in P deest.* Primum haec plura omittuntur: §. 8 *ea---politeque,* §. 13 *quodam--turpioribus,* §. 13 *cum tristibus--graviter,* §. 30 *aurum--daretur,* §. 27 *si licet,* §. 38 *et clementi patri,* §. 45 *non--copiam,* §. 45 *et bonis artibus,* §. 49 *atque comitatu,* §. 53 *non locus,* §. 54 *potuisset--servere,* §. 56 *audistis---re,* §. 63 *virtutem-delituerunt,* §. 64 *facile posset,* §. 65 *veneni pixidem,* §. 67 *in conviviis,* §. 76 *quam inserenda.* Singulae voces, quibus maxima ex parte carere haud possumus, hae omittuntur, quae sunt §. 3 *quod,* §. 4 *haec,* §. 5 *praesenti,* §. 7 *meum,* §. 9 *omnem, pudore, que,* §. 12 *et,* §. 14 *improbos, etiam, etiam,* §. 15 *a,* §. 16 *eius, semel, iterum, est,* §. 18 *in, et, quidem, pelio,* §. 23 *etiam, quod,* §. 24 *eius,* §. 25 *delectantur,* §. 26 *modo,* §. 30 *qui irato,* §. 32 *mihi,* §. 33 *ex,* §. 34 *pacem, viris,* §. 35 *que,* §. 36 *fuisti,* §. 37 *sumam, facis, est,* §. 38 *cuius, sumptibus,* §. 39 *et, hac,* §. 40 *honeste,* §. 41 *iam,* §. 42 *huic,* §. 45 *agendo,* §. 46 *esse,* §. 50 *tu,* §. 55 *illa, auctoritas,* §. 56 *ob,* §. 58 *esse,* §. 59 *omnibus,* §. 60 *haec,* §. 62 *repente, commode,* §. 63 *pixidem, se,* §. 64 *isti, et, teneretur,* §. 65 *in, videre, cum,* §. 67 *et, si,* §. 69 *vel,* §. 71 *hoc,* §. 73 *est,* §. 74 *in,* §. 76 *iste.* Quarum lacunarum plurimas negligentiae librarii deberi profitendum est. Accedit, quod fere omnes non extant nisi *in solo codice W.* Aberravit enim oculus scribentis §. 8 a *quod* ad *que* (propter similia compendia), §. 13 a *clarioribus* ad *turpioribus,* §. 13 a *cum--cum,* §. 54 a *negligere--acciperet* (WP *accipere*), §. 56 *a dicere--de re,* §. 63 a *testium--testes,* §. 76 a *quam--quare,* §. 27 a *si--si,* §. 53 a *non--non.* Merae negligentiae prae se ferunt speciem hae singulorum vocabulorum omissiones: §. 3 *quod,* §. 5 *praesenti* (in fine versus), §. 12 *et,* §. 15 *a,* §. 18 *in, et,* §. 35 *que,* §. 39 *hac, et,* §. 50 *tu,* §. 56 *ob,* §. 60 *haec,* §. 62 *repente* (in fine vers.) §. 63 *se,* §. 64 *et,* §. 65 *in,* §. 67 *est,* §. 74 *et, si,* §. 73 *in,* §. 34 *pacem* (in fine vers.), quorum numero etiam haec addere possumus, quae sunt, §. 14 *improbos* (in fine versus), §. 64 *facile posset* (in fine vers.), §. 45 *non---copiam* (omittitur hac totum orationis membrum in fine versus, ut librarius proximum praetermitteret). Multae aliae lacunae ortae sunt, simili voce modo praecedente modo sequente. Itaque explicari potest, quomodo factum sit, ut haec a librario omitterentur: §. 9 *omnem* (propter *orationem,* quum compendia similia sint), §. 9 *que* (propter *qui*), §. 14 etiam (pr. *quibusdam*), §. 16 *iterum* (pr. *alterum*), *est* (pr. *eius*), §. 23 *etiam* (pr. *eodem*), *quod* (pr. *quod*), §. 26 *modo* (pr. *non*), §. 30 *qui* (pr. *quin*), §. 7 *meum* (pr. *mea*), §. 4 *haec* (pr. *praesens* et *maestitia*), §. 32 *mihi* (pr. *inimicitias*), §. 33 *ex* (pr. *est*), §. 37 *facis* (pr. *factis*), §. 37 *est* (pr. *est,* quod sequitur), §. 38 *cuius* (pr. *eius*), *sumptibus* (inter *suis* et *sustentaret*), §. 42 *huic* (propter *homini,* compendia sunt similia), §. 45 *agendo* (inter *dicendo* et *cogitando*), §. 46 *esse* (propter *causam*; respicias compendia), §. 58 *esse* (propter *eius*), §. 64 *isti* (pr.

viri), §. 65 *videre* (pr. *vidissent*), *cum* (pr. clausula). §. 69 *vel* (pr. *velim*). §. 71 *hoc* (pr. loco), §. 76 *iste* (pr. *interpositus*). Nihilo minus compluribus locis singulae omittuntur voces, ubi nullo modo de librarii negligentia est cogitandum. Etenim quum in W talia non extent, qualia sunt §. 9 *pudore*, §. 14 *etiam*, §. 16 *semel*, §. 18 *quidem, Pelio*, §. 25 *delectantur*, §. 30 *irato*, §. 36 *fuisti* (Lamb. p. 67 ed. II: verbum *fuisti* restitui, quod in plerisque libris manuscr. desideratur), §. 37 *sumam*, §. 40 *honeste*, §. 59 *omnibus*, §. 62 *commode*, §. 63 *pixidem*, §. 64 *teneretur*, §. 38 *et clementi patri*, §. 45 *et bonis artibus*, §. 49 *atque comitatu*, §. 65 *veneni pixidem*, §. 67 *in conviviis*, aperte apparet, librarium codicis W has lacunas iam invenisse in archetypo suo, a P diverso, quum re vera nulla justa adesset causa aut aberrandi aut negligenter omittendi. Restat, ut addamus praeterea codicem W §. 34 *viris*, §. 24 *eius*, §. 41 *iam* (cf., quae in varia lect. de hoc l. diximus) haud male omittere, quum non solum *viris*, qua voce carere possumus, ex *alienis*, sed etiam *eius*, quod iam apud Orellium non legitur neque necessarium est, ex *eius* ortum esse videatur. De uno denique loco plura nobis sunt disserenda. Etenim §. 30 in W totum orationis membrum, quod est *aurum sumptum a Clodia, venenum quaesitum, quod Clodiae daretur* deest. Quominus, lacunae naturam et originem spectantes, de aberrando cogitemus, prohibet primum W ipse, qui praebet *versatur ut dicitur*, mediis omissis, deinde Halmius p. 1010, quod est gravissimum, ad hunc loc. addit: „*a Clodia P*¹ *in ras.*, etiam verba *venenum quaesitum, quod Clodiae daretur* partim in ras., partim super lineam in P scripta sunt, sed a prima manu, ac videtur librarius ipse in scribendo deerasse“. Sequi igitur nobis videtur ex his, *ut codices PW eiusmodi librum manuscr. archetypum spectent, in quo illa verba non extabant*, quae postea partim secunda manus, partim prima ipsa sine dubio ex alio codice in P addidit. Quod si W ex P ipso derivatus esset, librarius codicis W saltem ea in suum exemplar transtulisset, quae non super lineam scripta invenit.

Atque e contrario gravissimum et certissimum diversitatis est testimonium, quod non solum P, sed etiam vel omnes vel plurimi reliqui codices iis locis lacunis haud carent, ubi W solus verum servavit. Quod accuratissime nobis erit demonstrandum.

Primum, quod levioris momenti esse volumus, huc pertinet, quod negligentia librarii codicis P factum est, ut haec, quae et in W et in aliis libris leguntur: *magistratibus* §. 1 (cf. de domo §. 89 et §. 47 orat. de prov. cons., ubi PW soli similiter *inimicitiae* om.), §. 66 *cur non comprehenderint*, §. 73 *in*, §. 57 *ad*, §. 22 *et*, §. 3 *quae*, §. 3 *de*, in P desiderantur. Sed multo gravioris est momenti, quod in orationibus cod. P haud raro ejusmodi lacunas, quae, quum plerumque in omnibus libris manuscriptis inveniantur, antiquo tempore iam ortae esse videntur, *W recte expletas* tradidit. Ita in *Caeliana* quoque (cf. exempla, quae p. XIV ex *Corneliana* exscripsimus) *W solus* §. 3 optime habet: *M Caelius*, quod ex Lambini conjectura iam receptum erat, §. 13 *et* audacia. Quum §. 29 haec, quae sunt *copiosa accusatio* et *gravis accusatio*, prorsus sibi opponantur, *ex solo W* restituendum est *et copiose et graviter*, ut apud Naugerium et Lambinum (ed. II) invenitur, quamquam in talibus certa oratoris ratio vix statui potest, §. 23 *graviter et ornate*, Brutus §. 294 *copiose et ornate*, §. 9 Cael. *ornate politeque*, §. 59 or. de imp. Cn. Pomp. *graviter ornateqne*, pro Balbo §. 52 *copiose oratione et gravi* dicentis; cf. Halm. ad h. loc. p. 1009, qui cum Bakio *copiose* supplet. Optime autem solus W §. 9 tradidit *talem te omnes ſe existiment*. Locum in omnibus codicibus lacunosum praeter *Coloniensem*, qui ex satis perita conjectura *talem te esse homines existiment* habet (cf. p. 25 nostr. diss.) varie ab editoribus

tractatum esse, apparet ex nota Halmii in appar. crit. p. 1002. Restat, ut addamus, codicem W, ex quo primo aspectu *talem te omnes esse existiment* eruendum est, quique *Klotzii*, ordine verborum paulum mutato *talem te esse omnes existiment* scribentis, conjecturam confirmat, aperte ostendere, quomodo lacuna sit orta. Librarius enim aberravit a *te* ad *ſe*. Deinde Halmius ad §. 35 haec notavit: *ut vel* S, om. G; *ut* om. PE; fort. *ut severissimis*, ut nihil interciderit, sed *vel* et *ut* inter se confusa sint.“ Sed *ut vel severissimis* verum esse, quum nexus tum codex W docet, qui *solus* cum S *ut vel* servavit, ut de ea re vix sit cogitandum, quod *ut vel* ex bona conjectura natum sit, quum supplementum non solum non est levioris naturae, sed etiam uterque codex diversam spectet originem. Tenendum est denique, quam facile *ut* ante *ul'* intercidere potuerit! Neque dissimili modo §. 39 *in W* (et palimp. T) *solo* inest *et ut hanc tu vitam* etc. Repetitione enim particulae finalis opus est propter novum, quod sequitur, subjectum (cf. §. 64, §. 74). Atque ibidem paulo infra Kayserus ex Halmii conjectura scripsit: *qui nihil in vita expetundum putaret* etc., sed post *delectarent* nobis *ut*, quod bene quadrat, multo facilius evanuisse videtur quam *qui* (q'), quod fortasse §. 42 post *capiatur* et §. 63 post *deinde* desideratur. Praepositionem, quae est *in*, W *solus* §. 49 cum G (sed hic in ras.) servavit, ut rectissime legatur *si hoc in urbe*. Quamvis ibidem post verba, quae sunt, *ut non solum meretrix*, fortius verbum postuletur (cf. p. 9 nostr. dissert. et Kays. in recens. p. 423), tamen in lectione codicis S., qui veterem lacunam his explet verbis: *sed etiam proterva meretrix*, ea potissimum de causa acquiescendum est, quoniam *idem etiam in W legitur*. Quae cum ita sint, Halmio p. 1016 dicenti „illa lectio non ex codice aliquo integriore deducta est, sed pro supplemento prudentis alicuius Itali habenda“ assentiri non possumus. Tenendum est enim, utrumque codicem, eodem saeculo, alterum in Italia, alterum in Gallia scriptum, ex satis diverso fonte deductum esse. Neque minus recte §. 50 haec in solo *W* extant: *obliviscor iam iniurias tuas*, quod ex Servio ad Aen. II, 148 et *I*, 203, ex Arusiano Messio sub voce *obliviscor* jam inventum erat. Sed monendum est, in P ante *Clodiam* aliquid esse erasum. Accedit, quod *injurias tuas* jam apud Lambinum in margine ed. II legitur. Praeterea §. 54 *solus W* non modo *illis artibus* (Lamb.) atque ibidem „*in* insidiis doctissimi hominis“ cum palimp. T rectissime tradidit, sed etiam §. 55 *dignitatis*. Hoc loco, quo etiam *esse*, quod praecedit, in omnibus codicibus deest, p. 29 nostr. diss. post *integritatis* vocem, quae est *humanitatis*, probante Kaysero in recens. nostr. diss. p. 428 inseri voluimus, quum aegre aliquid desideretur, quod voci *crudeli* opponatur, cf., quae supra de hoc loco diximus. Deinde Halmius §. 56 vocem *causa*, non servatam nisi in S (sed hic *alterius causa*) supplet post *ut*. Sed codici W obtemperandum est, in quo *solo* rectius inest *ut alterius sceleris suscipiendi fuisse causa videatur*. Quem locum, de quo p. 12 not. 5 nostr. diss. aliter judicavimus (cf. Kays. in recens. p. 427), eodem modo constituit Lambinus in margine ed II. Recte autem §. 57 Halmium vidisse *sic est enim objectum* conjicientem, testatur W, ex quo *solo*, ordine verborum paulum mutato, hoc restituendum est: *sic enim est objectum* (Lamb. II *sic enim objectum est*). Neque multo infra §. 62 in omnibus codicibus *ut* desideratur, quod non servatum est nisi *in solis WS*, quodque apud Lamb. in ed. II legitur. Ibidemque hoc optime *solus W* cum deteriore Leidensi D tradidit: *venenumque traderet*, ut Lambinus iam scripserat. Rectissime autem *solus W* §. 71 cum palimp. A (?) *maleficio tamen*, denique §. 78 *et* (?) habet. Etenim hoc postremo loco ex vestigiis cod. W, in quo inest, *et fratre ſi turpissimum latronem eripuisse et honestissimum adolescentem oppressisse videatur* suscipandum est, *et*, quod omnes codices praetermittunt, quodque ex Bakii conjectura receptum est, potius in *ſi* abisse quam de *ſic* cogitandum esse. Quae cum ita sint, apertissime probatur, librarium codicis W non ex P ipso hausisse. Neque is, qui inscientiam latini sermonis sexcenties prae se fert, *antiquas illas duodeviginti Caelianae*

lacuuas ex suo ingenio recte supplevit, quarum etiam ab iis, qui codicem Salisburgensem peritissimi exaraverunt, non inventae sunt, nisi quae §. 62, §. 56, §. 35 extant. Id saltem pro certo affirmare possumus, librarium codicis W ea, quae sunt *dignitatis* §. 56, *et copiose* §. 29, *talem te omnes esse existiment* §. 8, *sed etiam proterva meretrix* §. 49, *ut vel* §. 35, *tamen* §. 71, non desumpsisse *nisi ex alio codice archetypo antiquissimo, in quo multa extabant, quae in ceteris evanuerant.*

Sed non solum W solus haud raro antiquas codicum lacunas recte expletas tradidit, sed etiam ut in aliis orationibus ita in Caeliana quoque compluribus insignitus est singulis aliis lectionibus. Ita *minoris pretii* sunt haec: *flammandam* §. 78, *impudicitiam* §. 71, §. 49 *ulla* (at cf. §. 37 *cur alienam ullam mulierem nosti*), §. 50 *flagitiosum*, §. 47 *advocavisset*, §. 36 *parco et tenaci*, §. 42 *conspernetur*, §. 59 vidi *et* §. 32 *opus, relinquitur*, §. 16 neque *enim* (W om. eius, sed *enim* apud *Lamb.*), §. 14 *habeat* (ne crimen *haberet* palimp. T §. 56), §. 22 *torqueri* (cf. §. 14 *huc et illuc torquere ac flectere;* at sententia potius requirit *detorqueri*), §. 60 *ergo*, §. 26 *haec prima pars* (P *hac*), §. 32 *nunc ago modice, ne longius progrediar*, cf. pro Sestio §. 14 *sed agam moderate* etc., sed profitendum est, locum bene sic constitui posse: *nunc agam modice, ne longius progrediar.* *Melius* ferri possunt *neque spernenda* sunt haec: §. 1 *huius causae* (cf. pro rege Dej. §. 1: *tum in hac causa ita me multa perturbant,* cf. praeterea prooemium *Flaccianae, Sullanae,* orationis pro *Rabirio Post: sed huius etiam ipsius, qui commisit, sententiam,* pro Cluentio §. 1 *haec questio constituta,* §. 1 pro Caecina *in causa,* pro Roscio Am §. 1 *in hac causa,* §. 3 or. pro Quinctio *qui hanc causam* etc. Videtur igitur cum W legendum esse *huius causae,* sed Ciceronem in his variasse docet §. 1 or. pro Archia poeta, ubi *huiusce rei* legitur), §. 6 *perfluxi* (Lamb. annot. ed. II. p. 67: *libri Memmiani* habent *perfluxi*), §. 17 *accommodastis* (codex *Lambini*), §. 32 *intelligas*, §. 34 *et* fortissimi (Lamb. ed II. *ac* in margine), §. 68 nobilissimorum *ac* clarissimorum, §. 45 *disputavi* W², §. 51 *aut* scopulos, §. 63 *permagna vis* (nam sic ex vestigiis cod. W eruendum esse videtur p *magna vis* praebentis), §. 67 *aspectus*, §. 68 *inveniemus* (Lamb., cf. §. 66 *reperietur*, §. 53 *non vestigium maximi facinoris reperietur,* cf. §. 44 *nulla luxuries reperietur, nulla* etc., cf. §. 18 *reperietis* etc.), §. 68 *rem tute* (Lamb. et Orellius), §. 75 *paululum*, §. 47 *nihilne* (fort. *nihilne* igitur illa vicinitas redolet, *nihil* hominum fama etc.) *Verum* denique profitentur atque in ordinem verborum recipienda sunt haec: *aliquid* §. 72 (P *aliquod* sc. crimen, sed haec sibi opponuntur, quae sunt „*proprium* quaestionis crimen" et *aliquid* eiusmodi, quod a lege sejunctum est), §. 47 *frequentissima celebritate ac clarissima luce* (sic est scribendum cum W, cf. verba, quae praecedunt *non modo solitudinem ac tenebras atque haec flagitiorum integumenta,* §. 45 *quum* (P *quam,* ex quo Halmius bene conjecit *quae iam;* cf. §. 43, §. 76, §. 79, sed W aperte habet *quum,* in quo acquiescendum est, quum bene quadret), §. 63 *tales* feminae familiares (exquisitius et cum ironia est dictum atque suppleas *pergraves,* cf. §. 67 cur tot viri ac tales), §. 35 aut diluas oportet *an* falsa esse doceas; latet in *an,* quod non quadrat, sine dubio *ac,* ut Halmius ex sua conj. scripsit (codices *aut*). Veritatem denique accedunt: §. 72 *aferia* (codices *afraria,* inde Garatonius *aeraria*), §. 72 *et vestra severitate* (*et* ex *cū,* reliqui cod *et cum v. s. conj.*). Quae cum ita sint, iterum apertissime elucet, librarium codicis W haec, quae omnia (sed *aliquid* §. 72 etiam in GEA (?) legitur) in *solo codice W* extant, *non desumpsisse ex P, praesertim quum plura vel ex aliis Gallicis libris* (*perfluxi* §. 6, *accommodastis* §. 17), vel apud *Lambinum nominatim commemorentur* ut *neque enim* §. 16, *aliquid* §. 72, *et fortissimi* §. 34. *inveniemus* §. 68, §. 68 *rem tute.*

Aliud grave diversitatis est momentum, quod W, qui saepissime (cf. p. XII) aliam servavit verborum collocationem, non minus in reliquis codicis P orationibus quam in Caeliana ipsa plus tricies a vulgari solus ex notis recedit. Recte primum cum palimpsestis haec: *domi suae* §. 55, *haec est igitur tua disciplina* §. 39, *studiis aequalium* §. 72 (at cf. §. 39 *non aequalium studia*), quae iam recepta erant, tradidit. Disputandum deinde est de tali verborum ordine, qui sit §. 1 *libidinem muliebrem*, §. 4 *ista est quidem vestra existimatio* (W ut reliqui cod. *nostra*), §. 7 *lenius agam*, §. 9 *togam virilem*, §. 11 *illa prima*, §. 12 *ex ordine omni*, §. 14 *ex terris omnibus*, §. 18 *tamen sibi*, §. 18 *ac quidem longius*, §. 19 *esse solum*, §. 20 *suas uxores*, §. 20 *debetitis propulsare*, §. 21 *putare causam esse justam*, §. 23 *maledictum tuum*, §. 26 *esse sodalem*, §. 36 *esse dona*, §. 39 *parens tibi hunc puerum commendavit*, §. 40 *suae vitae*, §. 46 *est paene familiarium deserendus*, §. 48 *hic ego iam definiam rem*, §. 50 *factum esse*, §. 53 *fuerit ei*, §. 54 *viderentur proferri*, §. 56 *venenum isti mulieri vellet dare Caelius*, §. 58 *in quo loco*, §. 40 *causam aliam*, §. 61 *quemadmodum sit paratum*, §. 64 *nam necesse est (om. W) non paucos fuisse*, §. 67 *primum iam videre lautos iuvenes*, §. 66 *quos quidem testes ego judices*, §. 69 *cadere non videatur*, §. 69 *adolescente fortasse*, §. 70 *dicta est causa a me*, §. 71 *sunt stupro persecuti*, §. 72 *crimen quaestionis*, §. 76 *me invito mehercule et multum repugnante me*, §. 79 *misericordiae vestrae*, §. 79 *ipsa natura*, §. 69 *non est infacetum mendacium*, §. 21 *neque ego id dico.* Quarum lectionum *pejorem* indicant fontem, quae sunt §. 58 *in quo loco*, §. 40 *causam aliam*, §. 50 *factum esse*, §. 71 *causa est renovata*, §. 69 *non est infacetum*, §. 18 *tamen sibi*, §. 9 *togam virilem* (*virilem togam* legitur Phil. II, §. 48: *sumpsisti virilem quam statim muliebrem togam reddidisti,* pro Sestio §. 144 *cui superior annus idem et virilem patris et praetextam populi judicio togam dederit,* de amic. I, 1 *sumpta virili toga*), §. 11 *illa prima*, §. 18 *ac quidem longius*, §. 14 *ex terris omnibus*, §. 20 *suas uxores*, §. 40 *suae vitae*, (cf. §. 55 *domi suae*), §. 20 *debebitis propulsare*, §. 23 *maledictum tuum*, §. 26 *esse sodalem, dona esse tanti*, §. 54 *viderentur proferri*, §. 64 *nam necesse est non paucos fuisse*, §. 69 *cadere non videatur*, §. 72 *crimen quaestionis* (item palimp. A), §, 69 *adolescente fortasse*, §. 76 *me invito mehercule et multum repugnante me*, §. 79 *ipsa natura.* *Majoris pretii* neque contemnenda, ut dubium sit, quid praeferatur, haec sunt: §. 79 *misericordiae vestrae* (propter *vos,* quod praecedit, cf. verba quae seq.), §. 66 *quos quidem testes ego judices*, §. 67 *primum iam videre lautos invenes*, §. 48 *hic ego iam definiam rem* (cf. variam lect., ubi *hic ego eam rem def.* scribendum esse censuimus), §. 21 *neque ego id dico*, §. 21 *putare causam esse justam.* *Meliorem* denique hunc esse verborum ordinem censemus: §. 1 *libidinem muliebrem* (opponuntur enim sibi maxime, quae sunt *pietatem* et *libidinem*), §. 4 *ista est quidem vestra existimatio* (vis sententiae in *ista* posita est), §. 12 *ex ordine omni atque ex omni aetate* (cf. §. 14 *cum omnes ex omnibus terris*, §. 22 *signis luce omni clarioribus;* ars rhetorica istam collocationem flagitare videtur), §. 7 *lenius agam*; cf. §. 36, 33, §. 19 *esse solum* (propter numerum; cf. §. 64 fuisse non paucos, §. 50 *esse factum*, §. 58 *esse expertum*, §. 57 *esse servos*, §. 58 *esse tanta* et sic saepissime, in primis in fine enuntiatorum, cf. pro sestio §. 130), §. 39 *parens tibi hunc puerum commendavit* (sibi opponuntur *tu* et *parens*), §. 46 *sermo est paene familiarium deserendus* (cf. §. 65 *mimi ergo est etiam exitus*, §. 62 *qui primum sint tales feminae familiares*, §. 51 *duo sunt enim crimina*, §. 30 *omnia sunt alia non crimina* etc.), §. 53 *qui fuerit ei aditus* (cf. verba, quae praecedunt, *ubi sit congressus* etc.), §. 56 *venenum isti mulieri dare vellet Caelius* (W *vellet dare Cael.* ut reliqui cod., cf. pro Cluentio §. 125 *cum venenum privigno suo dare vellet*), §. 61 *quem ad modum sit paratum* (cf. §. 15 *est vestra delapsa*, §. 23 *infamia est aspersus*, §. 24 *est Asicius liberatus* et sic saepius), §. 70 *dicta est causa a me* (cf. §. 71 *est causa renovata*, §. 69 *est fabula consecuta*), §. 71 *sunt stupro sunt persecuti,* Halmius conjecit *isto stupro sunt persecuti,* sed *isto* supervacaneum esse videtur propter *Vettiano nefario* stupro, neque erramus, si statuimus, *sunt* ante

persecuti in P dittographia natum esse). Quae cum ita sint, satis probatur, librarium codicis W, in quo *solo* (sed §. 71 *sunt stupro* GE) multi illi unius Caelianae loci aliter atque in reliquis libris extant, non modo non ex suo ingenio vulgarem verborum mutasse ordinem, *sed etiam ex ejusmodi codice archetypo Caelianae desumpsisse verba non minus alio verborum ordine saepe subornato quam a P satis diverso.* Accedit quoque, quod eorum, quae W §. 39 (*parens tibi hunc puerum com.*), §. 55 (*domi suae*), §. 4 (*ista est quidem*), §. 71 (*causa est renovata*), praebet, etiam apud *Lambinum* mentio fit.

Denique codex W permultis locis voces verborum ordini insertas tradidit, quae in nullo alio codice leguntur. [1]) Ita haec adduntur, quae sunt: §. 1 adolescentem *nobilem*, consuetudinis*que*, §. 2 *atque* existimare, §. 2 indices *sic*, §. 3 quibus autem *iam*, §. 7 moderatur *et*, §. 8 primum *ut* qualis es, §. 8 sine *ullo* argumento, §. 10 illius *etiam* amicis, §. 10 aliorum *autem*, §. 10 secutus est *tum* annus, §. 12 *ac* studuit, *m* caelius, ut videtur, §. 13 *et* corporibus, §. 14 cuius *facinoris*, §. 16 neque *enim* eius facti, §. 20 vellet inventum *de teste fusio*, §. 22 *et* signis, §. 24 hic aut *in* summo splendore, §. 30 itaque *ego* severitati tuae, *ita*, ut oportet, §. 30 video esse magnam, ta (*tam* vel *tamen*) ne huic, §. 30 versatur *ut*, §. 31 *quam* locum constituit, §. 32 ad oppugnandum *M.* Caelium, §. 33 et *qui* pro me loquatur, §. 34 non avum, *non* proavum, atavum *non*, §. 38 quotusquisque istam *presertim* effugere potest in tam maledica civitate, §. 41 iucundissimarum *rerum*, §. 42 *interclusum* iam frondibus et virgultis *iter*, spoliet *rem* alienam, *et* experiendo, §. 43 ac multi *quidem*, §. 43 sumptus *alieni*, §. 45 nonnumquam *aliasque* impeditus, §. 46 homines*que* a studio deterret, §. 49 gerat *ut*, §. 50 aut impudentia et huic *et ceteris magnam ad se* defendendum facultatem dabit, §. 51 videtur *esse*, §. 54 in famam atque *in* fortunas suas, illatum a *M* Caelio, ipsam*que*, §. 57 id ipsum *est*, §. 56 *L* Herennium, §. 57 familiaris*que*, §. 58 cum servis *eius*, §. 64 ad *hoc* rogati, §. 68 *non* ad eos non, §. 69 certe a Caelio *quidem non est factum*, §. 73 *et* eorum adolescentium exemplo, §. 76 repugnante *me*, §. 77 vel in gerendis inimicitiis ferocitas *pertinatia*, §. 78 rem publicam violatam *esse* diceret, civis *ſi* turbulentus, §. 78 ad caedem et *ad* inflammandam urbem (sed W *flammandam*), §. 80 *si nobis* (repetitum est), spei maximae non modo *maxime*, §. 73 *et clarissimi* (repetitum est). Quae quidem omnia manifesta interpolationis signa primo aspectu prae se ferant. Sed aliter de ea re judicandum esse mox patebit. Etenim primum illarum plus quinquaginta lectionum plures aperta vitia scribentis profitentur, ut non dubium sit, quin primum *si nobis* §. 80, *et clarissimi* §. 73, *si* turbulentus §. 78, *alieni* §. 43, *rerum* §. 41, iudices *sic* §. 2, cuius *facinoris* §. 14, versatur *ut* §. 30, repugnante *me* §. 76 (possis quidem ex lectione cod. W hoc conjicere: *mehercule invito et multum* repugnante *me*), non modo *maxime* §. 80, aut *in* summo splendore §. 30, mera *dittographia*, deinde *quibus autem iam* §. 3, moderatur *et* §. 7, *etiam* amicis §. 10, aliorum *autem*, §. 13 *et* corporibus, §. 16 neque *enim* eius facti, §. 22 *et* signis (sine dubio ex antec. *s* z (et) repetitum est), §. 49 gerat *ut*, §. 55 ipsam*que*, §. 57 *est* iisne, *negligentia* librarii vel codicis W vel ejus, qui archetypon scripsit, male nata sint similis vocis vel praecedentis vel sequentis rationem habentis.

Omnes, quae supersunt triginta quinque lectiones, non modo plus minusve ferri possunt, sed etiam manifesto aliam recensionem profitentur atque inest in P, sine dubio

---

[1]) §. 77 cum codice *Salisburgensi aulico* habet *ferocitas pertinatia*, sed in S, si Halmii silentio fides est habenda, post *inimicitiis* cum reliquis codicibus *vis* additum est, quod W rectissime omittit.

antiquum fontem spectantem, quum magna ex parte apud *Lambinum* et in margine et in ordine verborum ipso ex Gallicis libris manuscriptis exscriptae legantur. Sed de ea re accuratius disputemus necesse est.

Primum *antiquae interpolationi* haec debentur, quae sunt §. 20 *de teste fusio;* quum §. 19 de teste quodam ab accusatoribus producto agatur, qui se pontificiis comitiis a Caelio pulsatum esse diceret, mirum non esse potest, quomodo illa verba in ordinem verborum pervenerint. Etenim pro certo antiquam indicant glossam marginalem, qua quis ostendere vellet, *de teste fusio* (i. e. *de teste fufio;* cf. pro Flacco §. 46 atque ibi app. crit.) sermonem esse. Postea verba ex margine in ordinem verborum irrepserunt. Neque dissimiliter archetypon codicis W §. 50, §. 69 interpolatus fuit. Priore enim loco in solo W extat *aut impudentia et huic et ceteris magnam ad se defendendum facultatem dabit,* quod jam apud Lambinum II et Orellium, qui – nescimus unde – habent, invenitur; cf. ad hunc loc. p. 17 nostr. diss. et Kayserum in recens. p. 424, Halmium p. 1017, Madvigium opusc. acad. I, p. 399. sq; locum sic constitui volumus *aut impudentia etiam huic magnam ad se defendendum facultatem dabit,* quum appareat, verba *et ceteris,* quae non quadrant, pro glossa habenda esse ex *et* (ex *etiam* corruptum) exorta. Lacuna codicum *et huic defendendum facultatem* praebentium ea de causa nata est, quod librarius olim aberravit ab *et* ad *se.* Restat, ut addamus, Madvigii Klotziique emendationes *ei sui defendendi facultatem* nimis recedere ab iis, quae inest in cod. Posteriore loco §. 69 cod. W, Lambinus, Orellius hoc habent: *quod etiam si est factum, certe a Caelio quidem non est factum* (Sed Lamb. et Orellius omittunt *quidem*). Hic verbum *factum* ferri posse, nemo negabit. Nihilo minus ex iis, quae praecedunt, repetitum esse videtur (cf., quae seq.), sed magis placet *quidem,* ut hoc loco, ubi reliqui cod. *certe a Caelio non est* servaverunt, *certe a Caelio quidem non est* legi velimus.

Deinde haec *non prorsus contemnenda sunt:* § 42 *et* experiendo abjecisse videtur, §. 12 *m.* caelius (sed incertum esse videtur, num re vera in W insit *melius*), §. 8 etiam si sine ulla suspitione, at non sine *ullo* argumento, §. 2 etenim si attendere diligenter *atque* existimare vere (cod. Lallemandi *et* existimare), §. 30 ut, si quae est invidia - - quam video esse magnam, *tamen* ne huic aliena peccata — noceant. (Quamvis sententia nascatur apta, tamen de lectione cod. W dubitamus, in quo *tamen* ita scriptum est, ut etiam *tam* significare possit), §. 31 necare eandem voluit: quaesivit venenum, sollicitavit quos potuit, paravit, *quam* (fort. ex *postquam*) locum constituit, attulit (sed cave, ne *quam* ex compendio vocis *quos* repetitum sit), §. 64 fuerant *ad* hoc rogati, fuerant ad hanc rem collocati (Lambinus *ad* hoc, ut inest in W, rectius P *hoc,* reliqui codices mendose *autem* vel *enim*), §. 58 quid cum servis *ejus* (sc. Clodiae) potuit familiaritas esse tanta?, §. 38 quotusquisque est, qui istam *praesertim* effugere potest in tam maledica civitate (exspectatur potius *quotusq. est q. ist. eff. p. praesertim in t. m. c.*), §. 42 ergo haec deserta via et inculta atque *interclusum* jam frondibus et virgultis *iter* relinquatur (requiras tum *atque interclusum hoc iam fr. et. virg. iter*), §. 42 parcat juventus pudicitiae suae, ne spoliet *rem* alienam, ne effundat patrimonium etc., §. 45 saepe nimia copia, inopia etiam nonnumquam *aliasque* impeditus. Apparet *aliasque* sensum non fundere, sed vox, quae rarius occurrit in Ciceronis orationibus, ex *aliisque rebus* vel ex adjectivo aliquo, quod voci *nimia* respondeat, exorta esse videtur, fort. *acerba* vel *aliena.*

Denique *haec ex codice W restituenda nobis esse videntur,* quae sunt: „§. 12 *ac* studuit Catilinae, cum jam aliquot annos esset in foro Caelius“, ut hoc loco bene indicetur, oratorem jam reverti ad Caelium excusandum, excursu antea facto de puerorum educatione

et periculis juventutis, cf. initium §. 3, §. 25, §. 63, §. 71, §. 76. Neque peius §. 1 *consuetudinisque*, quod iam in margine editionis Lamb. II extat, cod. W praebet; eadem plurium vocum copulatione orator utitur §. 42 *revocet se aliquando ad curam rei domesticae, rei forensis reique publicae,* ubi *reique* non servatum est nisi in solis cod. PW Col. Eadem particula ex W inserimus §. 57 et §. 46, ut priore loco *sed licentius, liberius familiarisque cum domina vivere* (cf. §. 55 *an gravis sapiens moderatusque vir — videatur,* pro Murena §. 1 *fauste feliciter prospereque*), posteriore legatur *qua in hoc genere labor offendit hominesque a studio deterret* (cf. Halm. p. 1016). Ex corrupta codicum lectione (PW soli *labore fiendi,* GES aperta interpolationis vestigia ostendunt) Madvigius egregie *labor offendit* eruit neque sequentia cod. verba *homines a studioque* mutavit. Sed quoniam iis, qui se bonis artibus et eloquentiae studiis diligentissime dediderunt, omnes voluptates ac delectationes relinquendae, ludi, jocus, convivium, sermo paene amicorum deserendus est, non est mirum, quod labor non solum omnino injucundissimus ac molestissimus est, sed etiam homines, etiamsi ingenia aut doctrina puerilis non deficiant, tamen a studiis deterret. Quae cum loci sententia nobis esse videatur, cum. cod. W *que* post *homines* cum *deterret* conjungi malumus. Quamvis in addendis vel omittendis praenominibus vix certa ratio constitui possit, tamen in Caeliana praenomen *M*, quod cod. W, ut supra jam ostendimus, §. 3 solus cum Lambino servavit (sed hic pater Caelii significatur) etiam §. 54 et §. 32 inserendum est. Etenim §. 54 propter *L. Lucceium,* quod praecedit, cum cod. W legendum est: „neque non audisset a *M.* Caelio neque neglexisset neque tulisset;“ cf. §. 5 *quam absenti M. Caelio* (*nomen* municipii in cod. excidit), §. 25 *animadverti - - audiri a vobis - - L. Herennium,* neque multo post: *objurgavit M Caelium.* Neque alia ratione §. 32 hoc restituendum est: „sin ista muliere remota nec crimen ullum nec opes ad oppugnandum *M* Caelium illis relinquentur;“ cf. §. 21: si causa justa est viris fortibus oppugnandi *M.* Caelium, §. 35 vel severissimis disceptatoribus *M.* Caelii vitam etc., §. 20 non enim ab iisdem accusatur *M.* Caelius etc., §. 44 at vero in *M.* Caelio, §. 53, §. 72, §. 78 etc. Neque repudiandum est, quod W cum Lambino §. 56 tradidit: „quin etiam *L.* Herennium dicere audistis, verbo se molestum non futurum fuisse Caelio“. Exspectatur quidem Ciceronem dicturum fuisse: *L.* Her. et postea *M.* Caelio, sed tenendum est, oratorem §. 53 — §. 56 Herennii mentionem non fecisse, ut aptum sit repetere hoc loco (cf. §. 51 *L. Luccei servis* et postea, quum Clodiam allocutus esset, §. 52 ad *L.* Luccei etc.) praenomen *L.*, quo orator utitur §. 25, §. 49; cf. §. 54 *L. Lucceium,* quocun conjungas §. 55 *recita L. Luccei testimonium,* ubi *L.* similiter in omnibus codicibus deest. Quam saepe praepositio, quae est *in,* omnibus in cod. interciderit, docet apparatus crit. ad Cael. §. 54 (bis), in Vat. §. 24, pro Ballo §. 14, de prov. cons. §. 1, de har. resp. §. 17, §. 33, pro Sestio §. 18, §. 119 etc. Itaque p. 8 diss. nostr. legendum esse jam censuimus pro Cael. §. 33: „quam in statuis atque *in* imaginibus videmus“. Idem ex W §. 54 supplendum est, ut rectius legatur *qui tantum facinus in famam atque in fortunas suas neque non audisset* etc., cf. §. 39 *ut in amore atque in voluptatibus,* §. 67 *ab imperatrice in insidiis atque in praesidiis balnearum collocatos,* §. 78 *qui in Palatio atque in urbis oculis,* pro Murena §. 79 *sed ab illo in speculis atque in insidiis relicti in capite atque in cervicibus nostris restiterunt.* Restat, ut addatur, hanc orationis partem (§. 54, §. 55, §. 56) non modo mendis omnis generis, sed etiam multis lacunis laborare, qua de re apparatum crit. inspicias. Duobus deinde locis §. 78, §. 51 *esse* ex W inseri volumus. Etenim §. 78 legas necesse est: „qui hominem consularem, quod ab eo rem

publicam violatam *esse* diceret“; cf. quae sequuntur: qui ambitu ne absolutum quidem patiatur *esse* absolutum, cf. §. 55: domus autem illa, quae tentata esse scelere isto nefario dicitur, ubi *esse* non servatum est nisi in pal. T. Eadem verbi forma, quam eodem loco *Lambinus* jam addidit in margine ed. II, saepissime in Caeliana suo loco legitur; cf. §. 12 deditum *esse* (*esse* WP, om. EG), §. 54 tentatum *esse,* §. 32 paratum *esse,* §. 52 *esse* disiunctos, §. 54 coeptum *esse,* §. 55 actum *esse,* §. 56 *esse* commissum, §. 58 *esse* expertam, *esse* comprobatum, §. 61 datum *esse,* constitutum factum *esse,* §. 53 celatam *esse* etc. Neque pejus cum W §. 51 legendum est: „sed quoniam emersisse iam e vadis et (W *aut*) scopulos praetervecta videtur *esse* oratio mea etc.“, cf. §. 50. Lambinum autem recte vidisse §. 34 „non patrem tuum videras? non patruum, non avum, *non* proavum, *non* atavum audieras consules fuisse?“ scribentem, confirmat W, qui exquisitius habet: „*non* proavum, atavum *non* aud. cons. f.“ Quum verbis, quae sunt *patrem, patruum, avum, proavum, atavum* gradatio ad majus efficiatur, figura ἀναφορᾶς optime legitur, neque verba *avum, proavum, atavum* ita comprehendimus, ut quasi unam repraesentent notionem. (aliter sese habet res pro Sestio §. 126). Itaque Madvigio op. ac. I, p. 366, II, p. 272 non assentimur, sed cum W legimus: „non patruum, non avum, *non* proavum, atavum *non* audieras consules fuisse?“ Quum orator §. 3–§. 4 ad ea respondeat, quae accusatores deformandi Caelii causa, detrahendae spoliendaeque dignitatis dixerunt, quum in primis ei ea repellenda esset criminatio, quod equitis Romani, parum splendidi, filius sit, rectissime ex W §. 1 restituitur: „sed adolescentem *nobilem,* illustri ingenio, industria, gratia accusari ab eius filio,“ ut orator dicat, Caelium non solum nobili loco natum esse, sed etiam excellere ingenio, industria, gratia etc.; cf. §. 44—§. 46. Accedit, quod Lambinus II, in annot. p. 67 dicit: „adolescentem *nobilem* habet unus cod. Memmii“. Neque aliter nexus postulat, ut §. 8 cum W et Lambino legatur: „primum *ut* qualis es“. Loci enim sententia est haec: „*primum* sc. volo te *admonitum* esse, *ut,* qualis es, *talem* te omnes esse existiment, ut intelligatur, te non solum a rerum turpitudine, sed etiam a verborum litertate te sejungere, *deinde* sc. te admonitum esse volo, *ut* ea in alterum ne dicas, quae - - erubescas“. Solus deinde W §. 10 tradidit: „secutus est *tum* annus causam de pecuniis repetendis Catilina dixit“. Hoc loco aperte lacunoso Garatonius *cum,* Weiskius et Kayserus *quo* post *annum* addiderunt. Etiamsi suspicari possimus, in W *tum* ex verbis, quae praecedunt, repetitum esse, tamen verisimile est, *tum,* quod ita scriptum est, ut etiam *cum* legi possit, suo loco motum esse. Inde sine dubio Garatonius recte scripsit *cum,* quod ante *cām* in codicibus facillime excidere potuit. Neque dissimili modo §. 30 in W hoc recte extat: „itaque ego severitati tuae *ita,* ut oportet, respondere non audeo“. Etenim haec sibi opponuntur: sed *tu* (Balbe) mihi videbare - - invidiam Caelio conflare velle, sed *vestrae sapientiae est judices,* non abduci ab reo etc., itaque *ego* severitati tuae (Balbi) ita, ut oportet, respondere non audeo, cf. paulo post: *atque ego idem, qui hoc postulo,* cf. §. 21, §. 35. Quum §. 73 in verbis: *voluit vetere instituto - - - accusatione cognosci,* haec sit sententia: „Caelius industriam suam a populo Romano ex aliqua illustri accusatione cognosci voluit non solum vetere instituto, sed etiam eorum adolescentium exemplo, qui idem facientes postea in civitate summi viri et clarissimi cives exstiterunt“ ex W restituendum nobis esse videtur: „*et* eorum adolescentium exemplo“ etc. Neque multo post §. 77 omnes codices perhibent: „quare si cui nimium efferbuisse videtur hujus vel in suscipiendis vel in gerendis inimicitiis vis ferocitas“. Locum Halmius bene emendavit *inimicitiis suis* scribens. Sed recte Madvigium divinasse, qui addidit: „asyndeton bimembre hoc quidem loco ferri non potest; suspicor paene *vis* ortum esse ex

ultimis literis vocabuli *inimicitiis,*" confirmat W, in quo *vis* deest. Idem autem solus cum S habet *ferocitas pertinatia*, quod propterea probamus, quod apte hoc dicitur: Caelius suscipit inimicitias *ferociter*, susceptas gerit *pertinaciter*. Locum igitur sic corrigi volumus: quare si cui -- hujus vel in suscipiendis vel in gerendis inimicitiis *ferocitas ac pertinatia*. Atque etiam hoc loco commemorare liceat, §. 63 fortasse legendum esse: dein temere prosiluerunt, homines temperantes, *gravitati deditos!* Etenim ultima verba (*gravitati deditos* plurimi cod.) eadem cum ironia dicuntur ac *homines temperantes*, quod non servatum est nisi in WP; cf. §. 63: „sed non dubito, quin sint *pergraves*". Praeterea ex solo W hoc sumendum est §. 78: „qui in Palatio atque in urbis oculis servitia ad caedem et *ad* inflammandam urbem incitavit," quod, Bakio praeeunte, a *Kaysero* in ordinem verborum jam est receptum, cf. §. 42: „dederit aliquid temporis *ad* ludum atque *ad* inanes hasce adolescentiae cupiditates, pro Balbo §. 64: „ut hominem sibi carissimum non ob ipsius aliquod delictum, sed *ob* (om. P, habet W) suam familiaritem" etc. Eadem praepositio etiam pro Flacco §. 102 simili loco supplenda est, ut cum WT (Bernensis 252) solis legatur: „cum Galli ad bellum, Catilina ad urbem, conjurati *ad* ferrum et *ad* flammam vocabantur". Denique §. 43 cum Lambino et W sic est scribendum: ac multi *quidem* et nostra et patrum majorumque memoria, judices, summi homines et clarissimi cives fuerunt, quorum etc. (voci *quidem* respondet §. 44 *at vero in M. Caelio*, cf. §. 3, pro Caecina §. 2), §. 34 valde placet haec lectio codicis W: „qui objurget mulierem et *qui* pro me loquatur," ut jam extat in margine ed. II Lamb. Quae cum ita sint, satis patet, *librarium codicis W ex codice hausisse non modo minoris pretii lectionibus et interpolationibus subornato, sed etiam haud raro id praebente, quae in reliquis interciderant, ut pro certo dici potest, in eo satis multa vestigia alius infuisse recensionis.* Quod ea potissimum probatur re, quod credi non potest, talia, qualia sunt *aliasque, de teste fusio, pertinatia, presertim, iter, rem*, et *ad* inflammandam, *nobilem, certe a Caelio quidem non est factum, aut impudentia et huic et ceteris magnam ad se defendendum facultatem dabit* etc., librarium ex suo inseruisse ingenio latini sermonis imperitum. Accedit, quod tredecim lectiones apud Lambinum sive in ordine verborum sive in margine sive ex aliis Gallicis codicibus commemorantur.

Quae cum ita sint, facere non possumus, quin profiteamur, nullo modo fieri potuisse, ut codex W, quamvis miro modo saepissime easdem praeclaras lectiones, saepissime eadem graviora et leviora menda ac P solus habeat, ex hoc ipso libro describeretur. Immo vero est putandum, cum codicem archetypum, quo librarius cod. W usus est, tam in Caeliana quam in reliquis orationibus satis plura alius, quae vocatur, recensionis vestigia praebuisse, quippe qui non modo haud raro verum servaverit, ubi P reliquique codices vel mendis vel lacunis foedati sunt, sed etiam saepe alias singulas lectiones, saepius aliam verborum collocationem, saepissime alias voces insertas perhibuerit. Quae omnia nullo modo in W extarent, si librarius, qui imperite quidem et negligenter in negotio suo versatus est, sed ea, quae descripsit, accuratissime in exemplar suum intulit, ex codice P ipso hausisset.

Neque ex uno ex reliquis codicibus, qui noti et collati sunt, codex W deductus est.

Primum ex omnibus illis, quae supra exposuimus, aperte sequitur, ut cod. W, quum solus saepissime miro modo consentiat cum P, solus autem permulta aliter atque omnes reliqui libri tradiderit, nullo modo ex GE derivatus sit, qui in tota Caeliana, ubi saepius soli verum habent (cf. §. 8, §. 11, §. 14, §. 20, §. 22, §. 25, §. 48, §. 55, §. 57 (?), §. 65 (?), §. 79 (G)), *cum W solo non communia praebeant nisi haec*, quae sunt: §. 12 *tam ex*, §. 49 *hoc in* (G), §. 50 *si quae*, §. 55 *temptata* (E), §. 62 *sed ut* (E?), §. 25 *luxuria* (E), §. 29 *deficiet*, §. 35 et §. 67 *comes-*

sationes, §. 38 et §. 42 *directo*, §. 47 *se*, §. 55 *recitate*, §. 71 *sunt stupro*, §. 72 *aliquid ejusmodi*, §. 77 *deferverint*, ubi §. 12, §. 49, §. 50, §. 55, §. 62, §. 71, §. 72 verum legimus. *Itemque per se patet, cod. WGE ne commune quidem archetypon spectare.* Quod ea in primis probatur re, quod WGE, qui singularum et plurium vocum omissionibus persaepe referti sunt, *prorsus alias lacunas habent.* Etenim W, qui in una Caeliana fere octogies *solus* lacunosus est, *cum GE non omittit nisi hoc: praetorioni* §. 5 (G), *est* §. 18, *est* §. 37, multaque, quae in GE male non extant (cf. appar. crit. ad Cael. §. 16, §. 38, 2, 3, 5, 11, 34, 37, 48, 45, 46, 54, 67, 78, 56 etc.) omnia in W inveniuntur. [1])

Deinde accurate demonstrari potest, codices WS neque alterum ex altero neque ex communi antiquiore fonte derivatos esse. Quum cod. S. (cf. §. 29 nostr. diss.) perite et nitidissime in Italia scriptus sit saec. XV, ut multae earum, quas egregias praebet, lectionum, felicibus doctorum Italorum emendationibus debeantur (aliis locis infeliciter emendatum est, cf. pro Caelio §. 25, §. 32, 35, 46, 49, 51, 77, 72, 78, atque ex app. crit. ad Cael. §. 24, 45, 46, 52 satis apparet, librarios corrupta verba ita emendare studuisse, ut saltem sensu non carerent), multa autem, quae aut cum solis WP aut solus §. 72, 69, 71, 44, 37, 39, 30, 26, 79, 80 etc. recte habet, sine dubio meliorem antiquum fontem spectent (cf. etiam appar. critic. ad totam *Cluentianam*, quae in hoc recentioris aetatis codice optime est servata, cf. porro, quae sunt pro Cael. §. 49 *sed etiam proterva meretrix procaxque*, §. 67 *quam volent*, §. 77 *ferocitas pertinatia*, §. 27 *renuerit*, §. 57 *uti, sed*, §. 78 *patitur* (levi vitio pro *patiatur*), §. 56 *evolvere*, §. 68 *sublata*, §. 53 *ausus* etc.) mirum non est, *quod WS soli haud raro verum tradiderunt*, ut pro Cael. §. 76 *significant, efflorescit* (W *etfloressit*), §. 75 *qua ex vita*, §. 35 *quae insimulas*, §. 77 *ferocitas pertinatia*, §. 49 *sed etiam proterva meretrix*, §. 62 *sed ut*, §. 57 *lustra*, §. 56 *causa*, §. 35 *ut vel* etc. Nihilo minus codices WS propterea *non ex eodem fonte* deducti sunt, quod S. *egregias illas codicum WP lectiones*, quae pro Caelio §. 36, 79, 63, 59, 43, 42, 37, 18, 25, 35, 32, 33, 61, 52, 4, 7, 9, 11, 12, 18, 26, 30, 41, 45, 76, 67 leguntur, *non habet.*

Quum denique reliqui multi codices, quantum noti et collati sunt, aut cum P maxime cohaereant, ut cod. C. Stephani, cod. Ursini, codices Lambini, Lallemandi, Memmii, aut ex P ipso (cod. Bern. I, II) deducti sint, aut ejusdem stirpem ita spectent, ut alius codex mutilatus intermitterentur (Leidenses 50, 91, 128, Barberinus Garatonii, Oxonienses T, C, Lagomarsiniani 20, 23, 26, Parisinus 7888), quum denique omnes Palatini ex E, Leidensis 12 et Oxon. χ ex G, Oxon. H, S, ψ, Col., ex gemello codicum GE originem duxerint (cf. p. 20—31 diss. nostr. et tabulam cod. p. 31), jam superest paucis absolvere, quae sit ratio codici W cum palimpsestis T et A et cum iis codicibus, quibus veteres rhetores et grammatici in laudandis verbis Tullianis usi sunt.

Primum *veteres grammaticos ac rhetores*, qui plurimos Caelianae locos attulerunt [2]), praeter com-

---

[1]) Constat, in codice G haud raro extare alteram manum, a qua plerumque egregiae emendationes profectae sunt. Hanc non ex suo ipsius ingenio, sed *ex codice aliquo correctiones intulisse*, ideo maxime verisimile esse videtur, quod ea, *quae optime emendata sunt, haud raro in W quoque leguntur;* cf. pro Caelio §. 1 *vim* (P^2 G^2 W), §. 68 *dicatur* (P WG^2), pro Sestio §. 2 *delere* (G^2 W), §. 59 *tulit gessit qui* (G^2 W, at cf., quae supra de h. l. dicta sunt), pro Balbo §. 1 *principio orationis* (G^2 W), pro Sestio §. 93 *exitum* (W G^2 S), pro Balbo §. 41 *autem* (P G^2 W), §. 44 *consolabor et* (G^2 W), in Vatin. §. 27 *multas iam* (G^2 W), quum pop. grat. egit §. 20 *recuperata vero* (G^2 W^2), pro Balbo §. 31 *sunt* (G^2 W), §. 20 *ascribat* (P^2 G^2 W), §. 55 *arbitrabimur* (G^2 W), §. 11 *audii* (G^2 W), in Vat. §. 25 *vectii* (G^2 W), pro Sestio §. 14 *huic* (G^2 W) etc.

[2]) Collegimus p. 29 nostr. diss. eos locos, qui a grammaticis et rhetoribus laudantur. Quorum

plura, quae cum PW communia habent (sed §. 8, §. 20, §. 27, §. 47, §. 50 verum *soli* servaverunt), saepe alias plus minusve falsas lectiones tradidisse (cf. §. 31 et Quint. IX, 4, 98, §. 34 et Aquilam Romanum c. III p. 145, §. 35 et Quint. IX, 9, 60, §. 72 et rhet. incertum in anecdot. Paris. p. 5 ed. Eckstein, §. 80 et Mart. Capellam p. 434 ed. Kopp., §. 67 et Curium Fortunatianum p. 92, §. 46 et Nonium Marcellum p. 209, §. 31 et Quint IX, 4, 98, §. 32 et Claudium Sacerdotem I, §. 180), propterea non est mirum, quod aut ex memoria locos laudaverunt, aut pejoribus codicibus usi sunt. Quum autem cum codice W *solo* non consentiant nisi in duabus lectionibus, quae sunt §. 50 *tuas* (Servius ad Aen. II, 148, I, 203), §. 47 *se* (Arusianus sub voce *dedo*), haud errabimus, si statuimus, *codices veterum rhetorum et grammaticorum aliam spectare stirpem ac cod. W.*

Multo magis deinde cod. W cum palimpsestis TA conspirat. Etenim quum in una Caeliana, cujus pauca tantum fragmenta in TA extant, praeter haec, quae in aliis quoque libris leguntur: *utque in voluptatibus* §. 39, *in istum* §. 67, *fortunisque* §. 67, *dicatur* §. 68, TAW *soli ex notis talia communia praebeant*, quae sunt §. 72 *studiis aequalium*, §. 72 *aliquid* (WGE) §. 72 *cum vestra* (sed W *et vestra*, reliqui cod. *et cum vestra*), §. 72 *crimen quaestionis*, §. 71 *tamen*, §. 54 *illis artibus*, §. 54 *domi suae, in insidiis*, §. 55 *temptata* (P^2WE), *dignitatis*, §. 39 *haec est igitur tua disciplina*, §. 39 *et ut hanc tu vitam*, manifesto ex sola voce, quae est *dignitatis*, quae difficillima est suppletu, perspicitur, *eum codicem, quo librarius cod. W usus est, similem vel eandem pertinere stirpem ac cod. pal. T et A.*

Quum igitur cod. W neque ex Parisino ipso neque ex uno ex reliquis codicibus deductus sit, quaestio in eum absolvenda est finem, ut demonstretur, eum aut cum P communem antiquissimum spectare fontem, aut per se repraesentare propagationem a P satis diversam.

Constat in P plures accurate distinguendas esse manus, P^1, P^2, P^3. Sed duae insunt secundae manus, altera antiquior saec. X, altera recentior saec. XI vel XII. Antiquior in primis in magnis illis supplendis versata est lacunis, de quibus disputavit Halmius in Mus. Rhen. vol. IX. p. 321 sq., quibus pro Caelio §. 24, §. 35, §. 52, §. 38, in Vatin. §. 10, §. 28, §. 36, pro Balbo §. 8, §. 31, pro Sestio §. 97, §. 110 codex P foedatus erat. Recentior quum lacunas (plerumque minores) supplevit, tum singulas intulit lectiones iis locis, ubi prima manus cod. P sive vitiosa fuit sive sana. Quorum supplementorum et emendationum, quae saepe ferri non possunt, plurima ex codice antiquiore, negligentius scripto, saepeque interpolationibus et minoris pretii lectionibus subornato, sed haud raro veris oratoris verbis instructo, desumpta esse p. 16 diss. nostrae plane ostendimus, quum ea, quae §. 38 ab antiquiore P^2, §. 71 a recentiore suppleta sunt, *eodem modo in palimpsestis T et A legantur*, quum denique ea gravia menda, quae recentior P^2 optime de prov. cons. §. 6, §. 29, §. 31, §. 35, de har. resp. §. 14, §. 31, §. 42, §. 45, §. 53, de domo sua §. 14, §. 49, §. 28, §. 62, §. 81, §. 129, pro Balbo §. 12, §. 13 correxit, *nullo modo ingenio correctoris debeantur.*

plures in apparatu critico apud Halmium desunt, nonnullos ipsi investigavimus; cf. §. 5 Cael. et *Diomedem* p. 384, §. 12 et *Arusianum* sub voce *studeo*, §. 30 et *Quint.* VI, 2, 15, §. 39 et *Quint.* IX, 2, 15, IX, 2, 37, IX, 2, 16, *Frontonem* p. 152 ed. Naber, §. 61 et *Cledonium* p. 1904, §. 67 et *Curium Fortunatianum* p. 92, §. 28 et *Nonium Marcellum* p. 428. Restat, ut addamus apud *Gellium* XVII, 1 hoc legi, quod in app. crit. addendum est: „sed enim in hoc, in quo sibimet ipsis praeter cetera esse visi sunt verborum pensitores subtilissimi, credo, quale sit, consideremus. M. Cicero pro M. Caelio ita scribit: *nam quod objectum est de pudicitia quodque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est, id numquam tam acerbe feret M. Caelius, ut eum poeniteat, non deformen esse natum.*“ Deinde Gellius totum locum (§. 6 Cael.) accurate tractat.

Jam accuratissime demonstrare possumus, codicem W ex nullo alio deductum esse atque ex gemello ejus libri manuscripti, in quo altera manus codicis W, et antiquior et recentior, inveniebatur.

Etenim, ubicunque in orationibus codicis P secundae manus mentio fit, plerumque eadem etiam in W extat. Ita in una Caeliana, ubi septuaginta fere locis P^2 commemoratur, paene sexagies W eandem profitetur manum et antiquiorem et recentiorem. Longum vero est afferre, quam saepe in orationibus *de domo sua* et *pro Sestio* P^2 extet in W. Liceat de reliquis orat. hoc addere in universum, P^2 plus *octogies* in or. *de haruspicum responsis* (in W plus *sexagies*), in *Vatiniana* plus *tricies* (in W plus *vicies*), in *Corneliana* plus *sexagies* (in W fere *quinquagies*), in or. *de provinciis cons.* fere *quadragies* (in W fere *tricies*) inesse. [1]). In *Caeliana* P^2 W non solum *multae minoris pretii praebent lectiones, quae tamen maxima ex parte quodammodo ferri possunt* (cf. §. 77 et §. 43 *effervisse*, §. 70 *libidines et*, §. 64 *per se ipsam defendet* (cf. variam lectionem), §. 59 *egremioque*, §. 49 *faciet*, §. 43 *libidinis*, §. 38 *quotusquisque istam*, §. 36 *ex hiis igitur tuis sumam*, cf. Halm. p. 1012 et in appendice p. 1452, ubi egregie *ex istis tuis excitabo aliquem* conjecit, at cf. §. 37: *sed dubito, quem patrem potissimum sumam*, §. 36 *visa;* ad hunc loc. Halmius addit: „*vis* P^1, ut Madvigius correxit op. ac. I. p. 394,“ sed *vis* jam extat apud Lambinum II. p. 116 in annot. ex Ursini conjectura *vis, o nobilis mulier* etc.; cf. appar. crit. ad §. 80 Sestianae; §. 29 *vestrae sapientiae judices est* (sed W *et*), §. 51 *evadens*, §. 52 *ad l. lucullum*, §. 5 *praetoriani* (cf. diss. nostram p. 5), *sed etiam haud raro verum tradiderunt* (cf. §. 71 *reficeretur*, §. 18 *nam*, §. 11 *annos versatus*, §. 36 *molesta es*, §. 36 *plurimumque* (P^2 W levi vitio pro *plurimum, qui*), §. 73 *quidquid* (P^2 *quicquit*), §. 73 *suam a*, §. 73 *probatissimus*, §. 57 *proferundum;* itemque P^2 W recte cum Salisburgensi et nonnullis codicibus deterioribus gravi ista foliorum permutatione §. 18 carent; cf. praeterea, quae infra disputabimus de iis, quae P^2 W *soli* habent), *immo vero, si quid P^2 in rasura praebet, idem etiam in W legi solet* (cf. §. 77 *iam ista dies*, cf. Halm. p. 1026, §. 58 *aiunt*, §. 48 *nupta*, §. 49 *uti*, §. 42 *sit*, §. 36 *sumam*, §. 31 *ea*, §. 26 *dicere*, cf. p. 7 nostrae diss., Kayserum in recensione p. 424 et Halm. p. 1008; §. 26 *pastoricia*, §. 35 *crimini*, §. 53 *quis*, sed W totam vocem aequo modo in ras. et loco obscurato habet, ut vix discerni possit, num *quis* insit), ubi nobis nihil excitant offensionis ea, quae §. 58, §. 48, §. 42, §. 36 (cf. §. 37), §. 31, §. 26 (*pastoricia; dicere*, quod ibidem extat, falsum esse censemus, cf. p. 7 nostrae diss.), §. 35 leguntur.

Sed haec ad rem nostram demonstrandam ea de causa non sufficiunt, quoniam permulta, quae P^2 W et in Caeliana et in ceteris orationibus tradiderunt, etiam in GES etc. leguntur. *Gravissimum autem est momenti, quod P^2 W soli ex notis permultis, saepe egregiis, insigniti sunt lectionibus*, quarum plures, quae aliis multis, in primis ex orationibus *de domo sua* et *pro Sestio* desumptis, augeri possunt, afferamus. Ita P^2 W soli habent *pro Caelio* §. 1 *vim* (recte), §. 31 *paravit* (recte), §. 47 *huc* (et G recte), §. 43 *minimum* (recte), §. 2 *nisi* (recte), §. 25 *etsi* (recte), §. 37 *dede ac disce* P^2 W, *dide ac d.* rectius P^1, *dideae ac disce* G, *dii deae ac disce* (!!) E, pro *dide ac dissice*, §. 3 *summamque hodie haberi* P^2 W et Lambinus, fort. recte, quoniam propter verba, quae praecedun , *quae certe potest esse maxima*, magis placet *summam* cum inse-

[1]) *Tertia manus* codicis P, quae, quum interdum (cf. appar. crit. ad §. 26, §. 38 *de har. resp.*, ad §. 9, §. 69 etc. orat. *de domo sua*) egregia servaverit, ex codice defluxisse videtur, in codice W *rarissime* invenitur, ut in *semel in Caeliana* (§. 65 *meliori* P^3 W); cf. praeterea *de domo* §. 7 *an aures erigere illa de qua* P^3 W, *de domo* §. 55 *tibi manuum*, §. 22 ejusd. or. *finxisti*, *de har. resp.* §. 40 *exercitusque pulsus*, pro Sestio §. 23 *omnibus animi et corporis devorat*, cf. Halmium p. 937.

quentibus conjungere, P^1 EG *summamque hodieque*, sed P^1 *summa • hodieque* rectius, §. 8 *ab eorum* P^2 W, *aveorum* P^1, *a verborum* recte GE, §. 72 *nobilis si petere* P^1, *nobilis petere* P^2 W (P^2 delevit in P *si* (!!), §. 80 *non modo non aluisse, vos sed etiam* P^2 in rasura et W, *aluis servos* (!) E, GS om. rectius *vos*, quod tamen habet G super lineam, sed in W super *vos* additum est *ā*, ut fortasse (cf. variam lect.) legendum sit *vobis*; §. 48 *iam rem definiam* P^2 in rasura et W, sed hic *iam def. rem, rem iam def.* EG, Halmius *ipsam rem def.*, nos (cf. var. lect.) *eam rem def.* legi volumus; §. 55 *temptata* P^2 WE recte, *tempta* P^1, *tentata* G, §. 22 *facillume effingi* P^2 W, sed hic *facilime effingi, facillum ‖ effingi* P^1, *facillume fingi* rectius G, §. 56 cujus *ego idem* principium invenire neque evolvere exitum possum P^2 W, *neque* EG, *de* P^1, *nec* rectius T. Sed latet in *idem* (cujus lectionis vestigia etiam in P^1 supersunt) nihil aliud atque *idem nec* (ex *idēnec*), quod bene quadrat, quodque probamus, cf. §. 30. Similiterque §. 55 cum TEG legitur in ed: *in re* nihil est argumenti, *in rea* P^1, *et in rea* P^2 W. Nihilo minus in *rea* codicum P^1, P^2, W verum inesse contendimus, in quo latet *re ipsa*, ut rectissime hoc dicatur: in crimine *ipso* nulla suspicio est, in re *ipsa* nihil est argumenti, in negotio, *quod actum esse dicitur*, nullum vestigium sermonis, loci, temporis etc. Tenendum est enim, quod iam monuimus, §. 54—§. 56 multa in codicibus depravata esse pluresque singulas voces intercidisse. Praeterea haec ex ceteris commemorentur orationibus, quae sunt *pro Sestio* §. 1 *libertate* P^2 WG rectius, *libertates* P^1, §. 3 *aut pro reo* P^2 W recte, *aut pro re* P^1, *aut pro re p.* (!) G, §. 3 *querellam eloquentiae dolores quam ingenii partes esse susceptas* P^2 W, §. 4 *quam ea quae me inflammat* P^2 W, *quam ea inflammat* P^1, *quam illa quae inflammata* G, cf. Halm. p. 930., §. 6 *eorum ut* P^2 W, *ut* om. P, *ut utrique* G recte, §. 7 *et maximis officiis* P^2 W, *et maximis praeteritas esse, sed iis et officiis* P^1 G, cf. Halm. p. 931, §. 8 *et vobis omnibus* P^2 W recte ex nostra sententia, om. P^1 G, cf. Halm. p. 931, §. 10 *inimicis* P^2 W, *inimicis vestris* G^1 P^1, *in. nostris* G^2, *vestris* in P manus sec. expunxit (!!), §. 14 *huic* P^2 WG^2, §. 19 *ipse*, §. 21 *opinioni*, §. 24 *fervoribus* P^2 W, *ferviribus* P^1, *ferri viribus* recte G, §. 24 *arma r. p.* P^2 W, *armati tam r. p.* P^2 (in P *ti tam* P^2 expunxit (!!)), §. 31 *est* P^2 W recte, §. 39 *moereret* (sed W *mereret*), cf. Halm. p. 943, §. 43 *a rei p.* (recte P^2 W), §. 47 *rem venturam fuisse* P^2 antiquior et W, fort. recte, *rem p.* G et P^2 recentior, *rea* P^1, cf. Halm. p. 946, §. 54 *et suam a praedam* P^2 antiquior, *et suama praeda* P^2 recentior, *et suum ad praeda* W (!), *et suiamapraeda* G, §. 67 *quin ei vis* P^2 W recte, *quinvis* P^1, *quin eius* G, §. 64 *etquae*, §. 64 *quare*, §. 66 *aut quae* P^2 W recte, *at quae* P^1, *ave* G, §. 69 *promulgarunt* P^2 W fort. recte, §. 77 *refarciri e foro* P^2 W, sed W *refararari e foro, refarciriae foros* P^1 (!), §. 89 *eripi rejecit*, §. 104 *malevexatur* P^2 vetus et W, §. 121 *pepercit* WP^2 G, §. 130 *ad unum dicto citius* P^2 WG^2, *ad unumdicitus* P^1, *ad unum dictitius* G, pro *Numidici illius* (!), §. 133 *clohelius* (!) P^2 W; *de domo sua* §. 8 *aestimavissem* P^2 W, om. P^1, *sensissem* rectius reliqui cod., §. 9 *deinde eam, allata sit* P^2 W recte, §. 14 *instituta* P^2 W recte, *stituta* P^1, *statuta* G M V (V = Palatinus IX), §. 21 *quem tu in eo non*, cf. Halm. p. 866 et turbas codicum, §. 27 *exulceratus* P^2 W recte, §. 37 *dicere*, §. 42 *de me civi ac de re p. merito* P^2 WG, sed W om. *me*, cf. turbas reliquorum cod. p. 872 apud Halm., §. 44 *invidorum* P^2 W recte, §. 49 *alienae dominationis* P^2 W recte, *alienae dominae dominationes* reliqui cod., §. 67 *domumque* P^2 W recte, *domiumque* P^1, *omniumque* EG, §. 68 *kal. ianuariis* recte P^2 W, §. 69 *consilio* P^2 W recte, §. 70 *impediri at*, §. 77 *indemnatus hoc tribunicium est populare* P^2 W, §. 78 *latini nierant* P^2 antiquior, inde Klotzius recte *Latini nisi erant*, W *latini merant*, GM *latini hi erant*, *lat. hii er.* V, §. 79 *ademit* P^2 vetus et W, om. GV, §. 86 *incitati iracundiam*, §. 87 *cum rei p. dicam*, §. 91 *vis intima privati*, cf. turbas reliquorum cod. p. 886 apud. Halm., §. 98 *etiam se*, §. 108 *illam tempestatem*, §. 121 *dissimulo* P^2 W recte, *dissimulosis* P^1, *dissimulo scis* G^1,

dissimulo scitis G^2, *dissimulo scires* M, *dissimulo sanctis* V (!!), §. 126 *tota teste fecisti* P^2 W recte, *tota este fecisti* P^1, *tota est effecisti* G^1 V, *tota effecisti* G^2 M (!!), §. 127 *a gentiliattu*, sic P^2, *a gentili At tuo* rectius W (!) pro *gentili (at) tuo, a gentili actu* V (!), *a gentiliutu* G, *a gentili ambitu* (!!) M, §. 131 *volebat in curia curiamque* P^2 W recte, *in curia volebat curiamque* reliqui cod., §. 137 *et ut si quae* P^2 W recte, sed W om. *et*, *etusiquae* P^1, *et utique* GV, *et utiquae* G^2 (!), §. 140 *eius* P^2 W, eus P^1, mens GMV (!!) pro *eum*; *de haruspicum responsis* §. 1 *Romanorum praesentium* P^2 GW recte, *R. praesentiaeum* P^1, *Romanorum* reliqui cod., §. 12 *consul et* P^2 W recte, *consul* om. GE, §. 13 *idem* P^2 W, *eidem* rectius P^1, *fidem* (!) EG, §. 18 *statutas solemnisque*, §. 23 *simbulo* P^2 W (!!), *si nutu* M (!), *simpulo* EG, *simpuio* P^1 pro *simpuvio*, cf. Halm. p. 913, §. 25 *libertum* (sed W *libertam*), *liberatum* G recte, *liberatas* P^1 EM, §. 25 *nos et* P^2 W levi vitio pro *nos ex, nosset* P^1 (!), *nossent* (!) EG, §. 27 *ascita, quinta*, §. 28 *legati te* recte P^2 W, *legate* P^1 EG, §. 30 *fuisse arasst tabulis hoc* P^2, *fuisse ara est stabilis hoc* W (!) pro *fuisse et aras, Tabulis hoc* etc., §. 30 *censores* P^2 WM, *censoris* P^1 EG, §. 32 *neglegemus* P^2 WG, §. 32 *statuto* P^2 WM, §. 38 *tibi at majora* P^2 WG, §. 40 *iam a diis* P^2 W recte, sed W *a diis iam*, iam P^1, a diis EG, §. 41 *rem publicam gubernabant* recte P^2 W, *rem gubernabant* P^1 EG, §. 42 *volutatus* P^2 WM recte, *voluntatis* (!) P^1 G, §. 43 *gaioque tutio* P^2 W rectius, *gaioque totio* P^1, *gaio tutioque* EG, *l tuscio* M (!) pro *Caioque Julio*, §. 45 *videretis* P^2 W recte, *videritis* P^1, *viderit* G, *videret* M, §. 51 *aut inquinatior* recte P^2 W, *aut inquanatior* P^1, *anquinatior* G, *an inquinatior* E, *atque inquinatior* M, §. 54 *utrisque* P^2 WM, §. 55 *delitiscit* P^2 W recte, sed W *dilitiscit, delitis* (!) P^1, *delitescit* GEM, §. 55 *vitam*, §. 59 *violatus* recte P^2 W, §. 61 *di* (W dii) P^2 W recte, *de* P^1, §. 61 *adque* P^2 WM recte, *atque* P^1, at EG, §. 62 *cetera* P^2 WM recte, *cera* (!) P^1, *scelera* (!!) EG, *in Vatinium testem* §. 11 *praemii* P^2 W recte, §. 12 *morare*, §. 12 *si qui* P^2 WG recte, §. 28 *commodiore inimico suo concionem rejectionis* P^2 W, cf. Halm. p. 994, §. 31 *balneis, exeunti*, §. 32 *expiaras, ut nisi* P^2 W recte (sed W *ut mihi* levi vitio), §. 36 *quae numquam sibi p. R. appetivit qui numquam aut summi consilii gubernationem auferre conatus est* P^2 W; *de provinciis cons.* §. 3 *premiis*, §. 5 *dilectu* P^2 W recte, §. 9 *cedem* P^2 W recte, §. 14 *altera ut*, §. 25 *G. Caesare* (om. praenomen hic et item bis paulo post et §. 39 GE), §. 34 *astringere*, §. 38 *gratisetiam* (sed W *gratus eciam*), §. 39 *atque* P^2 W recte, *etiam* G, §. 40 *manaremus* (!), §. 43 *debui* recte P^2 W, *debuit* P^1 EG, §. 43 *possem* (*possim* rectius P^1 EG); *pro Balbo*, §. 6 *cornelii talis* recte P^2 W, §. 9 *quot horae*, §. 10 *licuerit ne* recte P^2 W, §. 11 *audii* P^2 WG^2, §. 11 *diligentiaē* P^2, *diligentiae* (!!) W, §. 11 *pertendemus* (!), §. 12 *veritate fidem* recte P^2 W, cf. turbas reliq. cod. apud Halm. p. 1047, §. 13 *inscientem* recte P^2 W, §. 13 *multae* P^2 W^2, *mutae* recte W^1 P^1, §. 16 *communis salutis* (!), §. 20 *ascribat* P^2 WG^2, cf. variam lect. ad §. 34 or. de prov. cons. et §. 57 de har. resp., §. 24 *publice donari* recte P^2 WE, cf. Halm. p. 1050, §. 29 *ratione*, §. 29 *ascribi*, cf. §. 27, §. 20, §. 34 or. de prov. cons., §. 32 *germanorum* (!!), §. 34 *foedus fecisse* recte P^2 W, §. 35 *conservandi* P^2 GW, §. 39 *virium*, §. 47 *ignatium* (!!), §. 51 *gaditanus* (sed P^2 *gaditani's*), §. 50 *columna aenea* P^2 W, *columna athenea* GE (!!). §. 55 *arbitrabimur* P^2 G^2 W, §. 57 *praetoriam sententiam* recte P^2 W, §. 59 *imperito certamine* recte P^2 W, §. 61 *maeroremque* P^2 W, *memoremque* (!) P^1 etc.

Quum autem P^2 W haud raro ita dissentiant, ut iis locis, ubi lectiones codicum P^1, P^2, EGS etc. nominatim exscriptae sunt, aut P^1 W soli interdum communia praebeant, (cf. pro *Caelio* §. 26 *nequis* WP^1, *ne si quis* reliqui cod.; *de prov. cons.* §. 2 *expiendas* P^1 W, *expiandas* P^2 G, §. 7 *bonis* P^1 W recte, *bonos* P^2, §. 11 *inscia* P^1 W (sed P^1 *inctia*), *inscitia* P^2 EG, §. 39 *C. Julius* P^1 W, *G. Julius* P^2 E, §. 19 *inchoavit* recte P^1 W, *inchohavit* P^2, §. 24 *is* P^1 W, §. 37 *demunitione* P^1 W, *pro Balbo* §. 1 *quam* P^1 W, (sed W quā), §. 6 *nulla si famae* W P^1, *si* om.

P^1, §. 7 *huius crimen* P^1 W recte, §. 13 *mutae* P^1 W^2 recte, *multae* P^2 W^1, §. 25 *quod* W P^1, §. 32 *definita est* P^1 WE, §. 59 *urguetur* P^1 W recte (sed W levi vitio *urgentur*), *pro Sestio* §. 104 *videbantur* P^1 WG, *videbatur* P^2, §. 98 *non* om. P^1 WG, P^2 *non* recte, §. 98 *abhorret* P^1 GW, P^2 *abhorreat* recte, §. 43 *quis reliqua irae staret* P^1 W, sed W *stare*, §. 43 *quid* P^1 WG, *quidem* P^2, §. 44 *dissedissent* P^1 W, sed W *diffedissent, dissidissent* P^2, §. 40 *non illius* P^1 WG, *non movit illius* P^2, *de harusp. resp.* §. 61 *omnis* P^1 W, P^2 *ominis*, §. 47 *consultes* P^1 W, *consulis* P^2 G, §. 43 *aditus* P^1 W recte, *additus* P^2, §. 24 *megalesibus* P^1 W, sed W *megalēsibus*, §. 5 *glande* P^1 W, *clande* P^2, *de domo sua* §. 95 P^1 W *me*, om. reliqui cod., sed habet W ante *conscientiam*, §. 68 *pulsam* P^1 W, *pulsum* recte P^2, §. 68 *acta est* P^1 W, sed W *acta esset*, om. P^2), *aut W nonnumquam cum nonnullis aliis libris, multo saepius prorsus alia, haud raro rectiora, solus afferat* (cf. *pro Caelio* §. 58 *ad rem* P^2 ES, *ad eadem rem* P^1, *ad eam rem* recte W, ut Madvigius divinavit, §. 36 *a Clodia* P^2 in ras. recte, om. W; cf. quae p. XXXII diximus; §. 19 *quoto* P^2, *quo* G^2, *quote* P^1 WES, ut scribendum esse videatur *ex quo fonte iste senator* etc., §. 21 *fortissumi* P^2, *fortis sumis* P^1, *fortissimi* W recte, §. 18 *posset* recte P^1, *possit* P^1 EG, §. 35 *comessationes* W GES, *comisationes* P^2, *comissationes* rectius P^1, §. 41 *adulescentiae* P^2, *adulescentia* recte W, §. 49 *Clodiae* P^2, *Clodia* recte W, §. 57 P^2 *at* recte, W *ac*, *ad* P^1; *in Vatinium* §. 3 *quia et Tiberium Claudium* P^2 recentior, *qui et vel quia* T. Cl. G, *qui et Tib. Cl.* editiones; Halmius p. 985 addit: „*cum et T. Cl.* scripsi, *cum* om. P^1 in ras., *et* autem in loco raso habet", W *qz* i. e. *qui et Tib. Cl.* recte, quod recipiendum est; §. 5 P^2 G *attamen*, W *an tamen*, P^1 recte *ac tamen*, §. 10 *sunt rogante inflata* P^2, *sunt rogata inflata* W, §. 16 *quos privatos esse dicebas* P^2 vetus in margine, *privatos esse dicebas* W, §. 33 *ne quit* *** P^1, *ne quit a me* P^2, *ne quid a me* recte W, §. 41 *verum etiam inquero* P^2 G^1, *verum etiam inquiro* G^2, *verum etiam enquero* P^1, *verum etiam inde quaero* rectius W, *verum tamen quaero* Lambinus; *de provinciis cons.* §. 11 *avatia* P^2, *avariatia* P^1, *avaritia* recte W, §. 16 *hac tamen hac una plaga* P^2, *ac tamen ac una plaga* P^1, *attamen hac una plaga* G, *hic ac tamen hac una plaga* E, *hac tamen in hac plaga* W, pro *ac tamen hac una pl.*, §. 46 *oportet aut in* P^2 G, *oportet aut* E, *optet* (ex *oportet*) *tamen in* W, *oportet in* P^1; *pro Balbo* §. 1 *principio rationis* P^2 GE, *principorationis* P^1, *principio orationis* recte W G^2, §. 4 *mendatio* P^2, *mendatia* W, *mendatione* P^1, §. 5 *isse possessum* P^2, *isse possessurum* W, *esse possessum* P^1, §. 6 *donatus igitur est* P^2 EG, *donatus igitur* P^1, *donatus est igitur* W recte ut Orellius conjecit, Lamb. *donatus est ergo* ex cod., §. 8 *oportuisset si enim* P^2, *potuisset. Sed si enim* E, *oportuisset sed si enim* P^1 G, W recte *oportuisset. Sit enim* etc., §. 13 *utrum enim* P^2 P^1 EG, *utrumne* W, §. 13 *quodam utque* P^2, *quodamque* P^1, *quadam atque* W recte, §. 13 *neglesisse* P^2, *neglesise* P^1, *neglexisse* recte W, §. 21 *libertate* P^2 *libertatem* recte W, §. 32 *lex id Gellia* P^2, *lex iud.* (iudices) *Gellia* W, §. 41 *convitia* P^2 G, *convita* P^1, *convicia* E, *comicia* W, §. 42 *legavit testis* P^2 GE, *legavit testes* recte W, *legautestis* P^1, §. 52 *cum saepe praeferrent* P^2, *cum se praeferrent* P^1 EG, *qui saepe ferrent* W, §. 54 *ac gravissimi* P^2, *agravissimi* P^1, *āt* (*atque* videtur esse) *gravissimi*, §. 54 *et sapientissimi* P^2, *ac sap.* W, §. 62 *aspectatoribusque* P^2 EG, *adspectatoribusque* P^1, *aspectatutoribusque* W pro *assectatoribusque; de haruspicum responsis* §. 12 *clolii* P^2 G, *cloeli* P^1, *clodius* M, *clodii* W^1 recte, *cloelii* W^2 in marg., §. 16 *haruspicum* recte P^2, *harispicum* P^1, *aruspicum* G, *auruspicum* W, similiterque paulo post, §. 22 *haut scio an* P^2 EG, *aut scio an* P^1, *hāc scio an* (!), §. 30 *liberast* *** *atinis aedibus* P^2, *libera* *** *tinis aedibus* P^1, *libertastatini saedibus* G (!), *liberatatinis aedibus* E, *libera est. At in iis aedibus recte* W, sed levi vitio pro *liberata est* etc., §. 30 *nuperst* P^2, *nupers* P^1, *nuper sit* GE, *nuper est* recte W, §. 31 *putant enim ad me nonnulli* P^2, *p. e- ad me nulli* P^1, *p. e. ad me nonnulla* GE, *p. e. ad me* P^2, §. 31 *postillo* P^2,

postilio recte P^1, *post illo* E, *postulatio* W, §. 37 *loquntur* P^2, *loquantur* P^1, *loquintur* W (!), *locuntur* E, §. 44 *animi viri* P^2 EM, *animi viriles* P^1, *animi virilis* rectius G, *animi virili* W, §. 60 *discripta* P^2 in ras., *descripta* recte W, §. 63 *cum agri atque terrae* P^2 in ras., *cumque agris atque terrae* E, W egregie *cum agri, cum terrae* etc. Etiam paulo ante habet W: *est enim haec deorum immortalium vox, haec paene oratio judicanda est, cum ipse mundus etc.; pro Sestio* §. 13 *quia ipse* P^2 G, *qui ipse* rectius P^1, (*qui et*) *ipse* haud male W, ut haec exsistat sententia: veniamus ad tribunatum P. Sestii, qui orationem meam et ad se iam dudum vocat et quodammodo absorbet; §. 24 *parteinaedium* P^2, *partenaedium* P^1, *partenediu* G, W recte *parte * aedium* in ras. primae manus; §. 29 *aut edicto* P^2 G, *ut edicto* rectius P^1, *atque edicto* W, §. 33 *contra me contraque rem publicam* P^2, *contra me con ** R. p.* P^1, W *contra me contra R. p.* etc., sine dubio ex *contra me z* (*et*) *contra rem publicam*, ut Halmius p. 941 conjecit; §. 39 *morte moereret* P^2, *caedem maereret* cod. C. Steph., *maeret* P^1, *mortem derideret* scholiasta, *mortem* om. G et W, sed hic in fine versus, qui habet *mereret;* §. 41 *defuturum* P^2 multo recentior, *om.* W (!), §. 47 *superesset* P^2 GE, *superessent* recte P^1 W, §. 53 *die* P^2 multo recentior, *om.* W (!); *de domo sua* §. 36 *adoptio* P^2 M, *aditio* GV, *adipio* P^1, *adeptio* recte Pantagathus, *adiectio* W, §. 43 *rullius* P^2 G, *ullius* P^1, *tullus* M, *tulius* V, *villius* Baiterus, *tullius* W, §. 47 *ocenum* P^2, *oceanum* P^1 G (!), *o cenum* (i. e. *o caenum*) recte W, ut Baiterus ex sua conj. scripsit, §. 58 *nova vis* P^2 M, *nova* ‖ *nus* P^1, *nova* W pro *nova manus* §. 75 *de meis in omnis mortalis* recte P^2 GM V, *de meis nom * nis mortalis* P^1, *de mei ſibi nominis mortalis* W (!), §. 101 *mallii* P^2 G, *malii* P^1, *malli* MV, *maliis* W pro *Maelii*, §. 136 *viderier* P^2 in ras., *viderier* GM, *videri* W etc.), *quum denique in solo codice W vestigia alius antiquarum lacunarum explendarum rationis cernantur* (consentiunt quidem ad literam et ad verbum P^2 recentior et W soli pro Caelio §. 24, P^2 antiquior et W pro Caelio §. 38 (hic W levi vitio *mensura* habet pro *versura*), P^2 W *soli* pro Balbo §. 9, §. 31, in Vatin. §. 28, neque W ab eis, quae P^2 aliique libri pro Sestio §. 8, §. 23, §. 48, §. 57, §. 88, §. 93 (P^2 vetus; cf. Halm. p. 963), §. 107, §. 115, §. 118, §. 132 etc. tradiderunt, recedit, sed primum in Vat §. 10 in P^2 G: atque infimo *conferam* de te ipso homine et abrogantissimo, in W: atque infimo *conservando* de te ipso homine et abr. inest; deinde pro Caelio §. 35: „*facis, quae dicis, quae insimulas, quae in sororem tuam moliris, quae argumenta*" habet W, P^2 vetus et G: facis, quae dicis, *quae in sororem tuam moliris*, quae argumenta, S: facis, quae dicis, *quae insimulas*, quae moliris, quae arguis, pro Caelio §. 52 P^2 rec., GE: quam ad rem aurum *tum iret* an non dixerit. ſi non, S: q. ad r. aur. *tum sumeret* an n. d. ſi non, W: quam ad rem aurum *obiret* an non dix. ſi non., pro Cael. §. 72 P^2 EG: *et cum* vestra severitate conjunctum, A recte: *cum* v. s. conj., W *et* v. s. conj. Quae cum ita sint, negari non potest, pro Cael. §. 72, quod supra jam monuimus, in W solo, in quo sine dubie *cū* in *et* abiit, vestigia inesse *veri;* quid *conservando* in Vat. §. 10 sibi velit, nescimus, sed *verum* prorsus latere videtur in eis supplementis, quae pro Caelio §. 52, §. 35 leguntur. Etenim priore loco *tum* dittographia ex *aurum* exortum atque id, quod ex S receptum est, conjectura satis perita natum; cf. Halm. p. 1017. Quid in *obiret* codicis W lateat, incertum est, fortasse: *quam ad rem aurum voluerit* (ex aurūobiret) *an non dixerit. Si non* etc., sed tempus obstare videtur; cf. tamen §. 53: dixit profecto, quo *vellet* aurum; cogitavimus praeterea de *vellet,* quod nimis abest ab iis, quae sunt in W. Posteriore loco §. 35 verba, quae sunt *in sororem tuam* ex *insimulas* orta esse cod. W ostendit, qui solus hoc servavit, quod est: *quae insimulas, quae in sororem tuam moliris.* Ultima verba *quae argumenta* ita orta sunt, ut aliquis, qui ea, quae sunt *in sororem tuam,* non intellexit, admirationis plenus margini adscripserit *quae argumenta!* Totum igitur locum sic constitui volumus: si ea, *quae dicis, quae facis, quae insimulas, quae moliris* probare cogitas etc.,

Totius loci nexus est is: Proditur a multis obviam, si quis, ut Murena, postquam diu domo afuit (cf. §. 21 tot annos forum non attigeris, tam diu afueris etc.) de provincia decedit (sc. Gallia, cf. §. 42 et §. 89), etiamsi illum consulatum non petere sciant, proditur a multis obviam, si qui vir nobilis omnino in patriam revertitur, non solum ex provincia, sed alicunde. Quanto minus mirandum est aut criminosum, Murenae, de provincia decedenti, tali viro, consulatum petenti, multos venisse obviam in Campum Martium non invitos atque rogatos (non igitur mercede) nomine ejusdem, amicos, necessarios, publicanos, senatores, alios petitores, sodales, vicinos? etc.

Quae cum ita sint, sic legendum esse putamus: Multi obviam prodierunt de provincia decedenti [consulatum petenti]. Solet fieri. Eccui autem non proditur revertenti? etc.

Quid habet admirationis -- obviam prodisse multos? i. e. quid mirandum est etc., cf. infra §. 69 quid habet ista multitudo admirationis, §. 12 si habet Asia suspicionem

quandam luxuriae, §. 87 invidiam habere consulatus ipse nullam potest, §. 89 habet magnum dolorem — reverti, §. 87 misericordiam spoliatio magnam habere debet. Sic Cicero saepius habere cum substantivo verbali conjunctum passivo usurpat sensu, haud raro pro gerundivo generis neutr. cum est conjuncto. De hac re disputat Nägelsbach, Stil. §. 95; nisi esset factum, malimus si non.

§. 69. Quid (zweitens) respondet priori primum, postea significat nostrum „ferner“.

Num aut criminosum est aut mirandum? velimus num criminosum est (est pro sit rectius Halmius 2) aut mirandum om. aut. Nam id, quod quis miratur, etiam criminosum esse potest, cf. §. 69 quam veritas aut natura patitur (aut Lamb. recte om.) Infimorum hominum, similiter infra saepius tenues homines. Opponuntur sibi infimorum hominum et talis viri, prope de nocte et hora tertia, in forum (ex deductum) et in campum Martium.

Qua in civitate rogati etc. Ordo est: in ea civitate, in qua ex ultima saepe urbe prope de nocte venire soleamus, deductum, rogati, infimorum hominum filios (sc. in forum), non gravatos esse homines prodire etc.

Quorum ex numero multi sedent judices; sensus quum sit quorum ex numero i. e. publicanorum, multi (ex lege Aurelia) judices (als Richter) adsunt in judicio, non opus est hic, quod apud Halm. 1 legitur, inserere.

Multi homines (v. Mitglieder), sc. ordinis senatorii. Publicanos et multos senatores inter obviam prodeuntes commemorari, non est mirum; cf. §. 42 L. Murenae provincia multas bonas gratias cum optima existimatione attulit, et postea: ipsa autem in Gallia ut nostri homines desperatas jam pecunias exigerent — — perfecit; de exercitu Luculli cf. §. 33.

Postumus; ex vestigiis cod. W. „M. Postumus“ scribendum esse, priore tempore in parte II. diss. nostrae p. 60 exposuimus.

Sed ne voluptati quidem defuisse, sic libri veteres. Sed soli W. M. praebent aptius voluntati (Wunsch). Sensus: talis multitudo gratuita dignitatem candidati tam augebat quam etiam candidatus ipse eam sibi esse cupiebat.

§. 70. Jam exponit (§. 70, §. 71), multos quidem sectatos esse, non tamen mercede. Operam voluntariam atque adsectationem tenuiorum hominum (nam a senatoribus et equit. rom. id non esse postulandum) in petitionibus nobiliorum non modo semper usitatam fuisse (cf. §. 69 quod a consuetudine non abhorret, sc. multitudo), sed etiam vetus esse officiorum institutum, quod tribules tenuiores, quum pro multis beneficiis (§. 71) nobilioribus gratiam suam referre velint, sibi eripi non sinant (cf. et legi Fabiae et senatus consulto — restiterunt §. 71).

Hoc quidem remoto sc. multos mercede sectatos esse; postea quid reprehendis? variandi causa dicit pro non, Cato, concedo esse crimen.

Inquit sc. Cato, ad judices sese vertit, sed statim iterum Catonem alloquitur his verbis a me tu id etc.; cf. §. 74 inquit (bis) et paulo infra qua re noli, Cato etc.

Homines tenues, cf. infra tenuiorum amicorum, tenuiorum §. 71, hom. ten. §. 72, tenuiorum §. 73, animi tenuiorum §. 47; cf. praeterea infimorum hom. §. 69, inferiori generi hom. §. 71, plebi Romanae §. 77, sed §. 74—§. 76 recte dicit populus Romanus, quum tenuiores et nobiliores intelligantur.

Aut promerendi aut referendi beneficii; W. cum ceteris cod. proferendi pro ref. Sed referendi jam recte inest in ed. Veneta a. 1472. Dicit enim homines tenues unum

locum (nur eine Gelegenheit; huiusmodi vocibus, quae sunt unus, hoc, id, illud, tantum etc. saepe in versione Germ. vocula „nur“ addenda est, cf. Halm. ad orat. pro Sulla §. 22; cf. infra §. 70 uno spatio, §. 69 hoc dico, §. 34 hoc dico, §. 18 tantum dico, pro Caelio §. 9 hoc dicam, §. 30 tantum peto etc.) habent aut publice de nobis merendi aut beneficii referendi (eine Gefälligkeit wieder zu erweisen) pro iis, quae a nobis sperant et petunt (§. 71). Itaque promerendi ne cum beneficii conjungas; cf. Quint. Cic. de pet. cons., ubi de eadem re agitur, §. 31 non omittunt occasionem promerendi, §. 36 nec aliud ullum tempus futurum sit, ut tibi referre gratiam possint, hoc te officio (i. e. adsectatione) remunerentur.

In nostrum ordinem sc. senatorium, cf. paulo post in nostris petitionibus; hic etiam equitum rom. petitiones intelligi videntur, cf. infra: a nobis (sc. senatoribus) aut equitibus rom. (cf. viri primarii §. 72).

Neque enim fieri potest neque postulandum — — — quorum copia bonis viris et beneficis deesse non solet. Interpretandi causa haec afferre licet: Neque enim fieri potest i. e. quia occupati sunt, opponitur postea et non occupatorum (otiosorum, aliter §. 75 et non divini: und nicht vielmehr des g. etc.); neque postulandum a nobis aut eq. R.; opponitur infra tenuiorum amicorum. Verbis adsectentur (correxit Klotzius ex aut sectentur) totos dies paulo post ista assiduitas respondet; a quibus i. e. senatoribus aut eq. rom.; domus nostra celebratur i. e. senatorum petentium a salutatoribus, cf. Quint. Cic. de pet. cons. §. 34: huius autem rei (adsectationis) tres partes sunt: una salutatorum, altera deductorum, tertia adsectatorum; si interdum ad forum deducimur sc. nos senatores petentes a deductoribus; si uno basilicae spatio honestamur; nos „wenn sie uns die Ehre erweisen, auch nur einen Gang mit uns eine Halle entlang zu machen.“ Tenuiorum amicorum; alias dicit tenuiores homines (§. 70, §. 72); amici, qui §. 72 post daretur commemorantur, non sunt amici tenuiores, sed necessarii, (§. 70), quia sequitur tribulibus, sed verbis ab ejus amicis (§. 72) significantur etiam tenuiores, praesertim cum §. 73 praefecto fabrum opponantur viri primarii; beneficis „wohlthätig“, cf. §. 77 ista benignitas.

Ut suos necessarios candidatos. Sic omnes libri vet. Halmius 2 ex Rinkenii conject. candidatos recte exclusit, quod propter verba in nostris pet. ferri non potest. Accedit, quod certe dicturus fuerit candidatos suos nec. Suppleas igitur petentes, qui hic nobiliores sunt, at §. 73 nobiliores et tenuiores intelliguntur (Natta, praefectus fabrum, divisores). Praeter Pisonianam (cf. Halm. v. II, p. 1101) nulla fere extat Cic. oratio tot glossis antiquis inquinata ac Mureniana (cf. §. 3 Cato, §. 14 in vita, §. 16 hominibus novis, §. 24 dicendi, consularis, §. 32 cum Scipione, regem, §. 37 exercitum Luculli significat, §. 43 Servius, consulatum, §. 46 consulatus, §. 52 in campum, §. 61 dicunt, §. 65 ipsi, §. 67 conducti, vulgo, et item, §. 68 consulatum petenti etc. Etiam verba M. Catonis §. 58 ex glossa marginali exorta esse videntur. De aliis additamentis infra.

Est ista assiduitas, i. e. adsectatio; cf. ea, quae praecedunt adsectantur totos dies. Significantur ii tenuiores, qui candidatum semper circumdant, cf. Quint. Cic. de pet. cons. §. 3 cotidiana amicorum assiduitas et frequentia. Neque dissimiliter §. 21 (bis) nostrae or. assiduitas non est diligentia sed assiduitas in foro (das tägliche Erscheinen vor dem Volke), quod firmatur verbis, quae ibi sequuntur: mihi quidem vehementer expediit posi-

tam in oculis esse gratiam i. e. in assiduitate; nos „dass, wenn man beliebt und einflussreich werden will, man beständig vor dem Volke sich zeigen muss.“

§. 71. Si nihil erit praeter ipsorum (sed W. solus eorum) suffragium, tenue est, si ut suffragantur, nihil valent gratia. Sic fere omnes cod. Hoc loco difficillimo et corrupto (cf. Halm. in appar. crit. v. I., p. 744) primum rectius cum W. solo legendum erit eorum, quum, ut antea ipsos et nobis, nunc sibi opponantur suffragium (die Stimme) et persona (ipsi denique). Editores deinde veteres et complures recentiorum cum signo lacunae verba in cod. tradita, quae nullum sensum fundunt, receperunt. Nam, quid haec sibi velint, si ut suffragantur — nam de his verbis in primis agitur, nemo sciat.

Quae cum ita sint, Manutius totum sic traditum enuntiatum si — gratia interpolatoris esse putat. Acute Halmius ita correxit: si tantum suffragantur (i. e. „wenn sie nur durch ihre Stimme eine Wahl fördern). Sed tum in verbis si tantum — gratia nihil inesset nisi mera repetitio antecedentis enuntiati! Neque alium sensum Mommsenii emendatio efficit, qui excogitavit si qui suffragantur. Melius Kochius duorum cod. det. lect. recepit si ut suffragentur, quod explicat ad suffragandum (i. e. aliorum quoque suffragia candidato parare). Tum sensus inesset: Si nobis nihil nisi suffragium tribuere possunt, id, si nihil valent gratia, ut aliorum quoque suffragia comparare possint, tenue est. Sed quis putet, Ciceronem, qui nostro loco simplicissimo genere orationis utitur, tam impedite ac graviter locutum esse?

Primo quidem aspectu verba si ut (sine dubio ex si tantum orta, quum ut et compendium vocis tantum saepe permutentur) suffragantur a vetere interpretatore profecta esse videntur, qui si nihil — — suffragium in margine explicabat. Tum or. diceret: si nihil nobis tribuere possunt praeter ipsorum suffragium, tenue est, nihil valent gratia. Neque resisteret dissolutum genus dicendi.

Nihilo minus verba si ut suffragantur non sunt abjicienda, sed corrupta. Etenim primum dubium est, num verbum suffragandi interpolatoribus tam tritum fuerit. Deinde nihil — gratia, quae verba certe Ciceronis sunt, aperte gradationem verborum tenue est indicant, ut maxime verisimile esse videatur, verbis si nihil — suffragium membrum aliquod respondisse, in quo aliquid simile, non idem dictum erat. Quid fuerit dictum, Kochius sensit, etiam Halmius idem suspicatur in ed. 2. p. 73, not. 7.

Etenim ut substantivum suffragatio §. 38 (bis) non actionem ipsam suffragandi („Abstimmung“), sed adiumentum ac commendationem muneris, ut suffragator §. 7 non eum, qui suffragium habet („Wähler“), sed qui aliorum suffragia („Stimmen“) candidato parare studet, ita verbum quoque suffragandi non modo actionem suffragii ferendi („Abgabe der Stimme“, cf. Liv. 28, 38 convenerant non suffragandi modo etc.), sed etiam suffragiorum aliorum candidatis parandorum indicat („wühlen“); cf. in Caec. div. 7, 23, Quint. Cic. de pet. Cons. §. 28, §. 32, §. 33, §. 18, §. 21 etc., §. 38 nostr. or.

Quae cum ita sint, scribendum esse putamus „si nihil erit praeter eorum suffragium, tenue est; si nihil suffragantur, nihil valent gratia; si nihil ex n’l, quod in ut abiit, elicuimus. Nos „Wenn das nur ihre Stimme ist, so ist das etwas Geringes; wenn sie die Stimmen anderer nicht gewinnen, so haben sie gar keinen Einfluss.“

Atque; gradationem inducit („und so“), cf. §. 68 atque („und dazu kommt, dass“).

Et legi Fabiae — et senatus consulto, quod L. Caesare factum est.

Neque de lege neque de senatus cons. certi quidquam notum est. Nexus docet, infuisse praecepta de numero sectatorum in petitionibus. Sen. cons. factum est. a. 64.

Restiterunt, i. e. neque legis neque sen. cons. ullam habuerunt rationem, quod explicatur iis, quae sequuntur, ubi excludere est avertere „ablenken“.

§. 72. Jam repellit crimina spectaculorum et prandiorum §. 72 — §. 78. Primum in universum exponit, spectacula et prandia data quidem esse, non tamen a Murena ipso, sed ab eius amicis, non tamen tributim et vulgo, sed more et modo, in primis spectacula. Deinde singula quaedam crimina cum praefecti fabrum, cum virginis Vestalis, tum L. Nattae, infirme refutare studet, qua in media refutatione Servium accusatorem, quocum solo jam §. 15 — §. 54 egerat, iterum certis de causis (cf. infra) alloquitur. Denique digreditur (§. 74 — §. 78, cf. §. 61 — §. 67) quodam modo a praeposita oratione, quum ad crimina spectaculorum et prandiorum pro Murena nihil amplius dicere possit, et omnino tuetur et defendit spectacula et prandia candidatorum (itaque Murenam) pluribus de causis („non solum vetus esse institutum, sed etiam comprobatum populoque rom. gratum) contra praecepta Stoica Catonis, qui ea, quum omnino in vitam non quadrent (§. 61 — §. 67), ipse in petitione sua tribunatus non secutus sit (cf. quae supra ex Plutarcho de ea re attulimus).

Spectacula „Schauplätze“, cf. pro Sestio §. 124, Tacitus an. XIV, 13, Ovid. Metam. X, 668; quum infra legatur, locus et in circo et in foro daretur, §. 73 locum dedisse sc. in foro, et tabernas in circo comparare et locum gladiatoribus concessit, §. 77 fructus ludorum, gladiatorum, conviviorum, sequitur, spectacula cum ludos in circo et in theatro significare, tum munera gladiatoria, quae eo tempore (cf. schol. ad div. in Caecil. §. 50 p. 128 ed. Orelli) in foro dabantur, quaeque §. 67 in sen. cons. ea de causa sola commemorantur, quod multitudini (cf. §. 39) gratissima erant et largitionis magnae candidatis occasionem praebebant.

Ab eius amicis, sc. nomine ac mandatu Murenae, velut (cf. infra) a praefecto fabrum quodam, Lucio Natta privigno, etiam virgine illa Vestali, propinqua et necessaria L. Murenae. cf. §. 73 haec omnia sunt officia necessariorum.

More et modo; cf. pro Scauro §. 37; similiter de div. I, §. 100 „ordine et modo“, aliter pro Caelio §. 33 „austero more ac modo“; explices more et modo: „more majorum neque contra legem“. Sed num id verum fuerit, valde dubium est, quum ex §. 38 — §. 41 cognoscamus, Murenam jam praetorem urbanum ludos Apollinares magnificentissimos fecisse (§. 41), populi favorem sibi conciliaturum!

Quantum hae conquestiones in senatu habitae punctorum nobis, Servi, detraxerint; „conquestiones in senatu habitae“ i. e. criminationes de ea re (spectaculis et prandiis) in primis abs te in senatu prolatae; de voce hae cf. §. 68 „si tibi istam rationem“ i. e. istius rei rationem.

Ceterum illa verba: quantum — detraxerint cum Kochio non referenda sunt ad ea, quae praecedunt: „itaque et legi Fabiae — — restiterunt“, sed ad eas actiones in senatu habitas, §. 42 — §. 47 commemoratas, quarum Servius, qui legem de ambitu, a Cicerone latam, studiosissime adjuverat (§. 46, §. 47), ita particeps fuerat, ut severitate ejus animi tenuiorum commoverentur (§. 47), et ut ipse postea repulsam ferret (§. 48, §. 50).

Nobis, i. e. „mihi et tibi, nostrae petitioni“, nam Cicero Sulpicii petitionem adjuverat, cf. §. 7. Cur igitur hic subito (cf. infra) Servium alloquatur, mirum esse non potest, quum ex

§. 46—§. 47 sequatur, eundem, quasi ipse auctor legis Tulliae de ambitu esset, in senatu de largitione candidatorum praeter Catonem aliosque multa dixisse.

In verbis, quae sequuntur, enim explicat more et modo et detraxerint; paulo post haec non pertinet nisi ad spectacula, cf. ea, quae seq.; sive ambitio — sive liberalitas, cf. §. 77: quae liberalitatem magis significat quam largitionem; cf. §. 5; amicis et tribulibus, i. e. singulis am. et singulis trib. a candidatis.

Verba difficilia, quae sequuntur, lacunose in libris servata sunt. Primum plurimi cod. (cf. Halm. in app. crit. vol. I. p. 744 ibique tentamina virorum doctorum) post tenuiores mira verba habent primum nondum qui ea, quod malum supplementum est. Solus W. lacunam post tenuiores non expletam indicat dimidiam fere versus partem captantem et pergit verbis „et suis tribulibus". Inde apparet, excidisse aliquid, quod voci tenuiores oppositum erat quoque exprimebatur, a quibus tenuiores haec (i. e. locum in foro et in circo ad spectandum) assequi solerent. Id eo firmatur. quod in cod. St. Victoris, codicis W. simillimo, inest „a suis trib." Quae cum ita sint, excidisse videntur verba: a suis amicis nobilioribus, ut pergendum sit „et suis tribulibus". Librarius olim a suis ad suis oculis aberasse videtur. „Amici nobiliores" supra plus semel voce nobis significantur et verba et suis tribulibus explices ab iis tribulibus, qui mandatu candidatorum munera distribuebant, ad quos in primis divisores (§. 54) et verba §. 47, poena gravior in plebem efflagitata est, spectant; cf. Mommsen de collegiis p. 45. n. 13.

Restat, ut addamus, Kayserum, verba haec — adsequi vetus scholion esse, in appendice ed. Halm. vol. I. p. 1449 affirmare. Non ita. Nam primum aliquid interest inter haec verba et ea, quae similia sub finem §. 71 extant: „quae possit observantiam tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere", quum alterum sua sponte faciant, alterum pro opera sua adsequi soleant. Huc accedit, quod inter se respondent „quod a consuetudine non abhorret, frequentiam gratuitam numquam defuisse" §. 69, „quo semper usi sumus" §. 70, „ab hoc vetere instituto" §. 71, „more et modo" §. 72, „haec sunt officia necessariorum — candidatorum" §. 73, majorum instituta etc. §. 75, „quae omnia majores nostri comprobaverunt" §. 77, ut intelligatur, et §. 72 et §. 71, 73, 75, 77 similem sententiam clausulam quandam efficere.

§. 73. Jam iterum post adsequi (sic solus W. cum lacuna, quae unum et dimidiam partem sequentis versus complectitur) parva orationis pars deest. Pergitur in eodem cod. verbis fectum fabrum. Lacunam, quae in compluribus libris non indicatur, sic expletam esse velimus:

Primum solebant (ed. assequebantur) deesse videtur, deinde verba praefectum fabrum, quae in ed. leguntur, Ciceronis esse testatur Priscianus, qui, quod antea ignotum erat, I. p. 307 ex Mureniana affert: praefectum fabrum.*) Tum verba quid statuent falsa sunt. Nam neque Cato aut Servius neque accusatores ceteri, quorum §. 54—§. 83 nulla fit mentio, neque judices, legum interpretes, aut alii, intelligi possunt, sed statuent ex „statuendst" ortum esse videtur, ut legas quid statuendum est „was würde man beschliessen müssen" (similiter conjecit Mommsen de colleg. p. 56: statuetur).

* Veteres grammaticos, rhetores, scholiastas cum ceterarum Cic. orationum tum Murenianae plurimos locos laudasse constat. Etiamsi persaepe oratoris verba ex memoria, velut a Nonio Marcello, Eugraphio ad Terentii com., citata esse videantur, ut in universum antiquissimi codices pluris aestimandi sint, tamen antiqui illi scriptores haud raro soli verum servaverunt. In primis multa ex iis lucrari possumus, si, quod saepe factum esse

Quum autem haec sibi opponantur: in viros primarios et praefectum fabrum, totas tabernas (Logen) compararunt (quum W. solus habeat comperuerunt vide, ne scribendum sit comparaverunt, ut est §. 77) et semel locum dedisse, tribulium causa (i. e. omnibus trib., W. solus tribullum non tribulium, ut Fleckeisenius enotavit, quod tamen ex TRIBULIUM ortum est, cf. Quint. Cic. de pet. cons. §. 32) et tribulibus suis (i. e. singulis trib.), sequitur, ut ea temporis iniquitate deperdita sint, quae verbis in circo et quid statuendum est opposita erant. Itaque post solebant primum usitatam transitionis formulam

videmus, singularum orationum libri manuscripti recentioris aetatis multisque locis vitiati et corrupti sunt. Itaque ea, quae ex Rosciana, Quinctiana, Pisoniana, Ligariana aliisque orat. a Donato, Charisio, Prisciano Servio, Quintiliano, qui in universum accuratius citant, laudantur, diligenter respicienda sunt. Quantae utilitati ea nobis in Mureniana esse possint, in primis apparet ex §. 26 ejusd. or., cf. appar. crit. apud Halm. vol. I, p. 726.

Jam numerum locorum laudatorum Murenianae praeter eos, qui in apparatu critico apud Halm. vol. I, p. 716—752 collecti extant, his multis antea ignotis magnam partem dignis, qui diligenter respiciantur, augere possumus:

Quintilianus 4, 5, 12: intelligo judices, tris (cod. tres) totius accusationis fuisse partes (cod. partes f.), et earum unam in reprehensione vitae, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse versatam, cf. pro Murena §. 11; Quint. 9, 2. 26: „bene habet", pro Murena §. 14; Servius ad Georg IV, 294: „iacta sunt fundamenta defensionis meae" („meae" om. cod. orat.) cf. §. 14; Quint. 5, 11, 11: „etenim mihi ipsi accidit, ut cum duobus patriciis, altero improbissimo (om. „atque audacissimo"), altero modestissimo atque optimo viro, peterem; superavi tamen dignitate Catilinam, gratia Galbam", cf. pro Mur. §. 17; Priscianus p. I, p. 481 ed. Keil: difficultatem exsorbuit, cf. §. 19; Priscian. p. I, p. 381: publicis literis testata sunt omnia, §. 20; Isidorus 1. 29: conticiscere, §. 22; Quint. 8, 3, 22: qui cornicum oculos confixerit, §. 25; Charisius I, 53: iure consultus; Quint. 7, 1, 51: transeat nunc idem ille, qui cogitavit, tibicinis latini modo ad disertum, cf. §. 26; Donatus ad Hecyram 3, 1, 6: praetor quoque („interea" cod. or.), ne se pulchrum („pulchrum se" cod. orat.) ac beatum putaret, ei quoque carmen compositum est, cf. §. 26; Donat. ad Phorm. 5, 7, 43; quandoquidem („quando" cod. orat.) te in iure conspicio, cf. §. 26; Quint. 9, 3, 36: magnus est labor dicendi, magna res, cf. §. 29 („est" om. cod. orat., tuetur rhetor „res", quam vocem Halmius 2 et Bakius in „ars" mutare volebant); Quint. 9, 1, 33: bellicum canere, §. 30; Hieronymus dial. cum Pelag. II, p. 703 ed. Val. et Scholia Bernensia ad eclog. 8, 63 ed. Hagen: unum pauci possunt, utrumque nemo (uterque om. „sustinere") §. 46; Servius ad eclog. 8, 63: unum sustinere vix pauci possunt, utrumque nemo, §. 46; Valerius Maximus 9 11, 3 ex memoria: si aqua non potuero, ruina extinguam (incendium excitatum), Quint. 7, 3, 26: qui servitutem serviat. §. 61; schol. ad Horat. sat. 1, 3, 76 et ad epist. 1, 16, 51 ex memoria: qui paria esse dicunt peccata, peccata omnia paria esse, §. 61; cf. tamen Acad. 2, §. 133), Priscian. p. I, p. 307: praefectum fabrum, §. 73; Priscian. p I, p. 592: quid? quod, cum admoneris, tamen quasi tute noris, ita salutas, §. 77; Arusianus Messius sub voce deiectus; deici de urbis praesidio et deturbari de custodia civitatis volunt (om. „vestris sententiis", cod. orat. „et de custod. civ. vestris sent. deturb. vol."), §. 79; Priscian. I, p. 343: a sacris patriis Junonis Sospitae, §. 90; Julius Victor VI § 4 ed. Halm. in rhet. min.: si l. Cat. etc. cum suo consilio nefariorum hominum, quos secum eduxit, hac de re posset iudicare, condemnaret l. Murenam, §. 83; (eadem, quod Halmius affert, Quint. quoque ex Cic. 5, 10 99 laudat).

Praeterea alludunt nostrae orationis locos Quint. 11, 1, 69, (cf. §. 8), Quint. 2, 4, 22 (cf. §. 22), Quint, 8, 6, 40, Servius ad Aen. I. 586, I, 148, Pompejus p. 466 (cf. §. 35, 36 et pro Mil. §. 5), Valerius Max. VIII, 1, 11 (cf §. 58), Servius ad Aen. I, 689 (cf. §. 75), Val. Max. VII, 5, 1 (cf. §. 75 „de Tuberonis triclinio"), Quint. 6, 1, 35 (cf. §. 79, §. 4, pro Flacco §. 98), Servius ad Aen. III, 64 (cf. §. 90), Schol. ad Hor. sat. 1, 9, 41 (cf. §. 27 sub. fin.), auctor anonymus carminis de fig. p. 64 ed. Halm. in rhet. m.: excitat hunc cantus galli, te, buccina torva (cf. §. 22).

Unum ex his locis modo commemoratis, quem Hieronymus, Servius et schol. Bernensis afferunt ex Mur. §. 46 „unum pauci possunt, utrumque nemo", adhuc in numero fragmentorum Ciceronis legimus; cf. Klotz. v. XI, p 345. Si quis, quae Hieronymus antea dicit, perlegerit, mirum non erit, verba laudata fragmentis in-

quid inserimus et deinde verba quod si criminosum fuit (cf. §. 69 num criminosum est aut mirandum?), §. 73 id fraudi aut crimini erit) et in foro, quum de gladiatoribus agatur. Quum denique appositio praefectum fabrum indicet, antea nomen proprium et huic oppositum nomen Murenae intercidisse, proponimus praeterea haec: P. Fabium (fabium in nonnullis cod. invenitur), amicum quendam L. Murenae (cf. supra: ab eius amicis), praefectum fabrum.

---

certorum librorum de arte rhetorica a viris doctis attributa esse. Itemque illud fragmentum segregandum est „id enim est sapientis providere; ex quo sapientia est appellata prudentia", quod ex Nonio p. 41 petitum falso (cf. Klotz. v. XI, p. 285) libro II. Hortensii tribuitur. Id pertinet ad de leg. I, 60.

Conditionem autem collectionum nostrarum fragmentorum Cic. satis esse tristem, in primis Halmius exposuit in libello „Beiträge zur Ergänzung und Berichtigung der Cic. Fragmente p. 1—14, 1862". Etiam nos non dubitamus, quin permulta fragmenta vitiata, multa segreganda sint, quippe quae in plenis or. scriptis inveniantur, quin multa omnino Ciceronis non sint, multa denique nova ex antiqnis rhet., gram., schol. in lucem protrahi possint.

Haec in universum dicta singulis probare exemplis, longum est, quum in alia dissertatione fusius demonstranda sint. Nihilo minus nonnulla, quae ad nova fragmenta spectant, evulgabimus: Primum novum Cic. fragmentum videtur esse, quod schol. Bernensis ed. Hagen (in Fleckeisenii an. suppl. IV) ad Georg. I, 4, affert: Cicero dixit „proprie si quaeratur, nihil [inter] est, sed imperiti sic discernunt ab experimento experientiam, ut experientiam dicant actum rei, experimentum rem ipsam". Huic addo verba Valerii Maximi (VIII, 10, 3) dicentis: „iam M. Cicero, quantum in utraque re (dicit de pronuntiatione apta et de convenienti corporis motu inter loquendum), de qua loquimur momenti sit, oratione, quam pro Gallio habuit, significat, M. Calidio accusatori exprobando, quod praeparatum sibi a reo venenum, testibus, chirographis, quaestionibus se probaturum, affirmans, remisso (?) vultu et languida voce et soluto genere orationis usus esset. Pariterque et oratoris vitium detexit et causae periclitantis argumentum adjecit, totum hunc locum ita claudendo: tu istuc, M. Calidi, nisi fingeres sic ageres". Verba „praeparatum sibi a reo venenum, testibus, chirographis, quaestionibus se probaturum - - usus esset" ex deperdita Cic. oratione pro Gallio desumpta sunt, ubi fortasse ita legebantur „quum affirmaret, praeparatum sibi a reo venenum, testibus, chirog., quaest. se probaturum, remisso (?) vultu et languida voce et soluto genere dicendi usus est" Quum accedat, quod verba „tu istuc M. Calidi, nisi fingeres, sic ageres" in numero fragmentorum notorum orationis pro Gallio (cf. Klotz XI, p. 217) leguntur, intelligimus ex Valerio Max, Ciceronem totam suam expositionem de genere dicendi M. Calidii accusatoris illis verbis „tu istuc — sic ageres", quorum praeterea ipse in Bruto §. 287 et Quint. 11, 3, 155 mentionem faciunt, conclusisse. Licet denique addere, nos etiam haec verba „nulla est occultior res insidiis, quae latent in simulatione officii", quae schol. ad Juvenalis libr. IV, 75 ex Cic. affert, nondum in plenis orat. scriptis legisse. Sed de ea re satis.

Superest, ut addamus, innumerabiles locos, qui ad plena Cic. scripta pertinent, ab antiquis scriptoribus laudari, quorum Halmius in apparatu critico nondum rationem habuit. Quamquam longum erat, omnes exscribere, tamen eos haud raro dignos esse, qui commemorentur, intelleximus. Ita Charisius II, p. 126 (Keil), qui ex Roscianae §. 4 haec laudat: „a me id contenderunt, qui apud me et amicitia et beneficiis et dignitate plurimum possunt" vocem, quae est „autem" recte fort. omittit, Servius deinde ad Aen. IX, 616 recte cum Nonio p. 536 (in Catil. II, §. 22) servavit: „manicatis ac talaribus tunicis", idem (Servius) ad Aen. XII, 106 affert: „sin mecum in hac prolusione nihil fueris - - adversario fore putemus", cf. div. in Caec. 14; Donatus ad Eun. 3, 5, 7: „ac ne tum quidem emersisti lutulente Caesoni ex miserrimis naturae tuae sordibus", cf. in Pis. §. 27 („Caesonine" Manutius ex conj., „quaeso" Klotz, „Caesoni" ed. Juntina) etc.

Ex cetero locorum laudatorum grege plura breviter indicemus, quae ad Caelianam spectant. Conferas igitur ejus orationis §. 5 et Diomedem p. 384, §. 12 et Arusianum Messium sub voce „studeo", §. 30 et Quint. 6, 2, 15, §. 39 et Quint 9, 2, 15 et 9, 2, 37, §. 61 et Cledonium p. 1904 (P.), §. 67 et Curium Fortunatianum p. 92, §. 28 et Nonium Marcellum p. 428, §. 6 et Gellium XVII, 1 (nam quod objectum est - - non deformem esse natum) et Servium ad Eclog. 2, 25 et Donatum ad Andriae prol. v. 7, §. 1 et Quint. 11, 1, 68 (hic „nobilis", quod solus cod. W. praebet, affirmat Quint.), §. 5 („videor mihi - - meae") et Diom. I, p. 389, §. 9 et Quint. 12, 11, 6, §. 18 et Quint. 5, 10, 84, §. 19 et Donatum ad Eun. 5, 9, §. 25 et schol. ad Persium I, 11 („obiurgavit Caelium, sicut quidam patruus censor"), § 31, §. 32 et Quint. 5, 13, 30, Curium Fort. (ars rhet. III, 7 ed. Halm.) et §. 18 („palatinam Medeam"). Alludit deinde Julius Victor VI, §. 4 ed. Halm. §. 34 Cael.; idem cap. XXI ex §. 32 affert

Totus igitur locus sic legendus esse videtur: **Haec homines tenuiores a suis amicis nobilioribus et suis tribulibus vetere instituto adsequi solebant. Quid? Quod si criminosum fuit, in foro P. Fabium, amicum quendam L. Murenae, praefectum fabrum semel locum tribulibus suis dedisse, quid statuendum est in viros primarios, qui in circo totas tabernas tribulium causa comparaverunt?**

Postquam supra subito ad Servium accusatorem (quocum §§. 15—54 iam egerat) se convertit, quod is ante omnia prius in senatu (cf. §§. 46, 47) contra omnem candidatorum largitionem cum suo magno damno multa dixerat, iam iterum eundem alloquitur, quod etiam in hac Murenae causa ex oratoris sententia cum multitudinis et sectationis, tum largitionis crimina, a Catone ad iudicium allata, Servii nimia diligentia, omnibus nota, antea investigata et collecta erant. Quae cum ita sint, aptum esse putat, ut antea Catoni multis verbis ita nunc Servio in eadem re paucis resistere et breviter probare, Murenam, quem senatus consultum defendat, nihil contra legem fecisse.

Qua de causa senat. cons. ex §. 67 satis accurate repetitur, cuius singula praecepta in duas partes divisa ita tamen comprehenduntur, ut ad interrogationem, qua, quod non vetitum erat, continetur, correctione vel subjectione, in qua, quod vetitum erat, inest, respondeatur. Breviter adnectit deinde ad singula praecepta et subjectiones provocationem, ut Servius convincat, Murenam fecisse, quod lege vetitum esset.

Sed alia quoque de causa iterum ad Servium se convertit. Etenim adhuc de prandiorum criminibus, quae sine dubio non facile repelli poterant, ut eius interesse videatur, eam rem obiter tangere, nihil aliud dixit nisi in universum, prandia more et modo

---

„hic semper erro" et ex memoria „cum propter nocturnos metus cum sorore cubitaret", cf. §. 36, quem locum Quint. 8, 3, 22 rectius servavit. Addas Grillium in comm. in Cic. libr. de inv. §. 21 ed. Halm. („etenim si existimare de omni hac causa volueritis", pro Cael. §. 2) et schol. ad Lucani libr. I, 602 ed. Weber „fera ista sodalitas germanorum Lupercorum", pro Cael. 26.

Haec denique ad alias orationes spectant: Conferas Schol. Bernensem ad Lucan. (ed. Usener) II, 381 e pro Marcello §. 1, eundem ad Luc. 7, 318 et pro Lig. §. 33, schol. ad Hor. ep. 1, 18. 30, schol. ad Juven. IV, sat. 10, 39 et in Catil. II, 22 („velis amictos, non togis"), schol. ad Persii sat. I, 86 („hinc pudor — illinc fides") et in Catil. 2, §. 25, schol. ad Hor. carm. 1, 2, 15 et pro Mil. §. 37, eundem ad 1, 11, 2 et de div. 2, §. 98, eundem ad epod. 2, 69 et in Catil. 1, §. 14, Philargyrium ad Georg. 3, 21 et in Pisonem §. 18, Servium ad Aen. 3, 331 et pro Roscio §. 67, eundem ad Aen. 4, 486, 7, 753 et in Catil., §. 23, eundem ad Georg I, 165 et pro Sestio §. 82. eundem ad Aen. 12, 100 et pro Sestio §. 18, eundem ad Aen. 11, 203 et in Catil. I, §. 6, Eugraphium ad Terent. Eun. 2, 3, 39 et pro Cluentio §. 76 et §. 106, eundem ad Andr. 3, 5, 12 et pro Dejotaro §. 26, eundem ad Andr. 3, 3, 33 et div. in Caec. §. 27, eundem ad Adelph. 3, 45 et pro Quinctio §. 59, eundem ad Heaut. prol. v. 17 et div. in Caec. §. 5, eundem ad Eun. 5, 6, 5 et in Catil. 1, §. 23, Schol. Bern. ed. Hagen ad Georg. 2, 28, Servium ad eundem Verg. locum „eget ille senatu et populo romano", (ubi ?), Gellium XIII, 24 et div. in Caecil. 11, §. 19 et de lege agr. 2, §. 39, 1, §. 12, Nonium p. 320 et in Verrem V, §. 118 („patres - limine"), eundem p. 329 et in Verr. V, §. 80 (cf. V, §. 30), eundem p. 327 et in Verr. IV, §. 24, schemata dianoeas §. 17 ed. Halm., rhet. min. p. 73 et pro Roscio Am. §. 2 („ita fit, ut adsint - - - periculum vitant"), eadem schem. dian. §. 27 et pro Roscio §. 7 („ego contra - aequiorem"), eadem sch. d. §. 2 et pro Roscio §. 7 („quaeso. Eruci, - - in liberos esset," sed rhetor antiquus „natura" et „patrius" om.), schol. ad Lucan. II, 161 et pro Rosc. §. 89 („multos caesos ad Trasimenum lacum et ad Servilium vidimus" (cf. app. crit. apud Halm. vol. I, p. 54), eundem schol. ad I, 427 „inventi sunt, qui etiam fratres populi romani vocarentur", quae verba ad explendam Scaurianam adhiberi possunt. Fragmentum dees: in collectionibus, cf. Halm. in libello suo „Beiträge zur Berichtigung und Ergänzung d. Cic. fragm. p. 27.

a Murenae amicis data esse. Quam docte autem et quam apte crimen prandii L. Nattae (cf. infra), cui criminationem de loco gladiatoribus a virgine Vestali concesso, quae minoris erat momenti, adjungit, formula ista transitionis quid est vulgo? universos interposita, verbis non igitur etc. ad illud praeceptum sen. consulti, modo repetiti, aut ad prandium invitare? minime, sed vulgo adnectere potest, ut refutatio huius criminis, praesertim cum universos et in equitum centuriis maxime sibi opponantur, verbis quidem optime effecta esse videatur. Claudit denique spectaculorum et prandiorum ipsam refutationem verbis omnia haec sunt officia necessariorum — — candidatorum.

Sed verba haec omnia sectatorum, spectaculorum — — — — non igitur, si L. Natta, male in libris servata sunt. Ut §. 77 miris mendis, ita hic parvis lacunis et aliis vitiis oratio inquinata est.

Primum ex verbis quid enim, quibus priora: in quibus tamen Murena senatus auctoritate, i. e. senatus consulto (§. 67), defenditur, argumento firmantur, sequitur, ut postea omnia sen. cons. praecepta de multitudine, sectatoribus, spectaculis, prandiis, afferri debeant. Eadem verba autem: in quibus — — defenditur paucis prorsus eadem exprimunt, quae insunt in verbis, quae praecedunt: haec omnia — — — conjecta sunt. Id enim indicant verba in quibus et haec omnia. Quae cum ita sint, etiam in verbis haec omnia — — coniecta sunt, omnia crimina ambitus commemorentur, necesse est. Deest igitur commemoratio criminis multitudinis, quae respondeat verbis, quae infra leguntur: senatus num obviam prodire crimen putat?

Quibus de causis vox multitudine, quae in cod. et ed. post prandiorum legitur, loco suo mota esse videtur, ut emendandum sit: haec omnia multitudinis, sectatorum, spectaculorum, prandiorum crimina etc. (cf. §. 69, quae fuit ista multitudo, quid habet admirationis ista multitudo?)

Etenim verba cod. et ed. „item prandiorum crimina (item, ex §. 67 exortum, iam recte ab omnibus ed. abjicitur) a multitudine in tuam nimiam diligentiam, Servi, conjecta sunt“, falsa esse, liquet, quippe, quae, si sana essent, significarent, tenuiores huius causae Murenae non solum studiosos, sed etiam quodam modo participes fuisse. Quid autem hic multitudini negotii est? An tenuiores defensorum partes pro Murena suscipere apud judices volunt?

Similibus fortasse de causis Halmius 2 cum Madvigio adv. I, 61 acute ita correxit: multitudine invita nimia diligentia, Servi, conlecta sunt. Concedimus conlecta quidem recte in ventum esse, sed verba multitudine invita ferri non possunt. Neque enim dissimiliter in iis inesset, multitudini cum causa Murenae aliquid negotii fuisse apud iudices. Accedit, quod prorsus supervacaneum est dicere, multitudinem diligentiae nimiae criminum in causa Murenae colligendorum paenituisse, praesertim cum idem supra (§. 72) iam exposuerit verbis: quantum hae conquestiones in senatu — — detraxerint. Denique nexus flagitat (conf. supra), ut addatur tua verbis nimia diligentia.

Quae cum ita sint, ex verbis cod. in tuam nimiam diligentiam haec levi mutatione elicimus: ista tua nimia diligentia, Servi, conlecta sunt; de diligentia Servii (cum ironia hoc dicit) cf. §. 19; de diligentia ejusdem in accusatione paranda cf. §. 44, §. 45, §. 48, §. 49 etc.

Totum locum nunc sic scribendum esse putamus: haec omnia multitudinis, sectatorum, spectaculorum, [item] prandiorum crimina ista tua nimia diligentia, Servi, conlecta sunt.

Senatus auctoritate defenditur; i. e. sen. cons. ipso defenditur, cf. §. 67; nos fortasse „der Wortlaut oder die Fassung des S. C. schützen ihn.“

Iterum in iis, quae sequuntur, membrum orationis deperditum est. Deest enim, quod Campius primus vidit, post verba num locum ad spectandum dare, subjectio, quae respondeat verbis non, sed mercede et non, sed conductos et minime, sed vulgo. Nos putamus, excidisse minime, sed tributim (cf. §. 67, §. 71), ut librarius oculis aberrasse videatur.

Minime, sed vulgo passim; sic codices. Vox passim, nunc a plurimis ed. abjecta, ex antiqua glossa marginali profecta est; tales vocum singularum interpretationes usitatas fuisse, docet Marius Victorinus, qui I, §. 28, p. 231 ed. Halm. habet vulgo i. e. passim. Etiam apud Quint. Cic., qui de pet. cons. §. 44 de eadem re disputat, legitur tributim et passim (passim pro vulgo).

Quid est enim vulgo? universos; sic citat minus recte Quintilianus hunc locum VII, 3, 16.

Non igitur; concinnitas orationis postulat et post ad spectandum dare et post minime, sed vulgo vocem (velut vince vel proba), quae respondeat verbis convince et doce. Sed vox, quam utroque loco desideras, postea inest in verbis non igitur etc.; de L. Nattae, privigni L. Murenae (cf. de hoc pro domo c. 45, c. 52) prandio, equitum centuriis dato, etiam S. Sulpicio adolescenti complura responderat, quae postea non edidit; cf. §. 54. Mirum autem est, quod contendit, illud prandium, duodeviginti equitum centuriis datum, non vulgo datum esse! De aliis prandiis, quae pro certo data erant, diligenter tacet!

Voluit esse ad hoc officium necessitudinis et ad reliquum tempus gratiosus; docte ita dicit, ne dicat: voluit esse gratiosus equitibus prandio (et ad hoc officium) pro Murena, vitrico suo, dato etc.; postea legimus huic, quod crimen loci, gladiatoribus a virgine Vestali concessi, minoris momenti erat. Quum autem W. solus praebeat: id eius vitricos fraudi aut crimini, vide, ne legendum sit: id eius vitrico est (ex vitricost), quum tempus futurum necessarium non sit.

Locum gladiatoribus, sic rectius Lambinus, cod. l. gladiatorium, quod defendit pro Sestio §. 124 „consessus gladiatorius“, at cf. §. 67 nostrae or., §. 77, Phil. 9, 16 ludis gladiatoribusque, cf. ad Att. 2, 1, 5 locum gladiatoribus dare, ad Atticum 2, 19, 3 gladiatoribus; alio sensu legitur gladiator §. 50, §. 83 nostrae or.

Omnia haec etc.; i. e. spectacula et prandia; necessariorum, velut praefecti fabrum, L. Nattae, divisorum, virginis Vestalis; munia i. e. mun'era, cf. pro Sestio §. 138 qui tanta munia atque rem publicam sustinent; similiter §. 72 nostrae or. liberalitas, §. 77 benignitas et liberalitas.

§. 74. At enim agit mecum austere et stoice Cato, i. e. sed quid defensio mea prodest? Etenim Cato Stoicus spectacula, in primis prandia candidatorum omnino non probat; cf. de nexu totius loci (§§. 74—78) p. 13; agit stoice, cf. parad. Stoic. praef. 3 (stoice dicere); verum esse i. e. aequum esse; cf. ad fam. 2, 17, 5, Tuscul. III., §. 73, Caes. de bello Gall. 4, 8; benevolentiam sc. suffragatorum; mentes hom. allicere, cf. §. 41, de off. 2, §. 48, in Verr. 5, §. 182.

Cibo i. e. prandiis; voluptatibus (Genüsse); ex verbis, quae sequuntur „ergo ad ce-

nam--condemnetur", sequitur, non agi nisi de prandiis hic et infra; judicium corrumpere i. e. de dignitate candidatorum; inquit sc. Cato; petas conj. dubitativus „Du solltest dich bewerben dürfen", cf. §. 21; gubernacula rarissime apud Cic. legitur, cf. ad fam. 16, 27; deleniendis animis sc. hominum; adhibendis voluptatibus sc. animis hominum; vertas „Dadurch, dass du die Sinne der Leute zu kitzeln, ihre Herzen zu gewinnen und ihnen Genüsse zu verschaffen suchst."

Lenocinium; in lexico Klotzii hic locus explicatur, ut „lenocinium" sit illecebrae (cf. pro Sestio §. 138 „et se vitiorum illecebris et cupididatum lenociniis dediderunt"); non ita. Nam quid sibi vult: illecebras petere a juventute et populo romano? Sed lenocinium prima significatione est nostrum „Kupplergeschäft." Itaque lenocinium petere a juventute est: studere delicatis iuvenibus lenonem sese commendare; nos „wolltest du dich bei dem Kreise unserer jungen Wüstlinge als Kuppler empfehlen oder beim römischen Volke als Bewerber um die Herrschaft über die Welt?" horribilis oratio, sed eam —— respuit, i. e. „eam orationem, quamvis maxime nos commovere possit, tamen in vita privata et publica respuimus"; neque tamen; exspectamus neque enim, at cf. Halm. 2 p. 76, not. 1; auctores istius vitae atque orationis, i. e. Catonis et Stoicorum; itaque „auctores" explices „Vertreter"; in robore cf. infra: lectulos Punicanos; de cotidianis epulis Laced. cf. Tusc. 5, 98, de Cretum epulis et dura educatione Athen. IV, 22, quem locum Halm. 2 affert, et Cic. Tusc. 2, 34; romani homines, cf. pro Sestio §. 141 (homines Graeci), §. 139, §. 141 (nostri homines); qui tempora voluptatis laborisque dispertiunt; cf. §. 76 „distinguit — voluptatis", cf. Liv. V, 3 (labor voluptasque etc.); dicere vult, pop. rom. praecepta Stoicorum respuere (cf. supra), sed Academicorum et Peripateticorum sequi; uno adventu nostri exercitus deleti sunt; i. e. „ab uno tantum (cf. p. 11) romano ex. in eos misso devicti sunt;" Cretense bellum C. Metellus (cf. pro Flacco §. 6, §. 30, §. 100) tres fere annos gessit a. 68—66; disciplinam suam legesque, i. e. disciplinam rei publicae legesque. Idem igitur significat ac antea „res publicas suas", „politische Selbständigkeit". Conservant; quum W. solus praebeat „conservavit", vide, ne legendum sit conservaverunt (cf. antea „deleti sunt, retinuerunt").

§. 75. Quare noli Cato; nexus: quoniam disciplina tua in vita nihil valet, noli instituta vetera nostra, velut prandia, quae ipsa laudanda et diuturnitate imperii comprobata sunt, tam vehementer vituperare.

Nimium severa oratione; cf. Quint. XI, 1, 90 „verborum etiam moderatione detrahi solet, si qua est rei invidia, si asperum dicas nimium severum etc." Jam exponit, populum rom. graviter ferre solere, si quis, ut olim Aelius Tubero, institutis majorum probatis resistere audeat; cf. de Ael. Tuberone, nepote Aem. Pauli Cic. in Brut. §. 117, §. 118, de or. 2, §. 341, de Q. Fabio Max. Allobrogico, altero Aem. Pauli nepote pro Fontejo §. 26, Brut. §. 107; epulum i. e. epulum funebre, §. 76 significat omnes publicas epulas.

In cap. 5 libri VII Valerius Maximus, quod editores effugit, narrationem suam de repulsa Tuberonis ex hoc Murenianae loco desumpsit. Scribit enim: Q. Aelius Tubero a Q. Fab. Max. epulum populo nomine P. Africani patrui sui dante, rogatus, ut triclinium sterneret, lectulos Punicanos pellibus (pelliculis cod. or., sed postea Val. habet in illis pelliculis) haedinis stravit et pro argenteis vasis Samia exposuit! Etiam ea, quae sequuntur Cic. verba, idem ita quodam modo circumscribit: „cujus rei deformitas sic omnes offendit, ut, cum alioquin vir egregius haberetur — — comitiisque praetoriis — repulsa inde notatus abiret"; cf. de eodem triclinio Senecam in ep. 95, §. 72, quem locum Halm. 2 affert p. 77, not. 2; nomine i. e. in honorem; triclinium sterneret; ad hunc locum pertinet, quod Servius affert ad Aen. I, 698: „unde et triclinium sterni dicitur. Sic Cicero", cf. tamen in Verr. 3, 61; Ceterum vocem Tubero post esset pro glossa marginali habemus; supremo ejus die i. e. sepulturae.

Graviter tulit pop. rom. hanc perversam sapientiam Tuberonis; in tribus igitur Tub. peccavit: lectos pelliculis haedinis stravit pro stragulis (Seneca ep. 95, §. 72) aut textilibus stragulis (Tusc. V, §. 61), pro lectis eburneis vel argenteis lectulos Punicos (hölzerne Bänke) adhibuit, vasa Samia pro argenteis exposuit (Val. Max. 7, 5, 1); praetura dejectus est, cf. in Verr. I, §. 23, §. 25; similiter §. 79 „de urbis praesidio dejicere", §. 82 praesidio demovere.

§. 76. Odit populus rom. — — diligit; affert haec verba Quint. 9, 3, 82 exemplum distinctionis. Val. Max. eadem verba (loco laud.) ita circumscribit: „nam ut privatim semper continentiam probabant, ita publice maxima cura splendoris habita est"! Sordes i. e. turpis avaritia; inhumanitatem „Mangel an Lebensart"; hic non significat „avaritiam", ut in lexicis explicari solet, cf. de or. 1, 99 „quod non superbia neque inhumanitate faciebam. distinguit — — voluptatis; hic locus communis ab Halmio aliisque pro interpolatione habetur. Concedimus quidem, simile quid antea iam dictum esse (cf. §. 74 „rom. hom. — — dispertiunt"), concedimus, in illis verbis sententiam priorum enuntiatorum in universum proferri, concedimus denique, non solum verba „vicissitudinem — voluptatis" aliis tantum verbis priora („distinguit — temporum") repetere, sed etiam compositionem membrorum orat. („voluptatis" et „nam quid ais") primo aspectu non liquere.

Nihilo minus illa verba, quippe quae bona sint et vix ab interpolatore inventa esse possint, spernenda non sunt. Neque intelligimus, quomodo posteriora „nam quid ais" melius, illis abjectis, adnectantur. Quid? Nonne patet, quid dicere velit? Populus romanus, inquit, distinguit rationem (Rücksicht) officiorum et temporum neque ignorat vicissitudinem laboris et voluptatis. Accedit, quod omnia tria enuntiata in binas distributa sunt partes, quae quodam modo inter se respondent.

Quae cum ita sint, arbitramur, illa verba, quum in universum dicta priorem sententiam, qua locus de Tuberonis triclinio clauditur et verba „praetura dejectus est" argumento probantur, repetant, transitioni inservire. Disputat igitur: populus romanus, qui praecepta Academicorum et Peripateticorum sequitur, distinguit rationem officiorum ac temporum. Non tu Stoicus. Nam tu ais, solam dignitatem in petendo valere oportere, quod tamen ipse non servas. Nam primum ipse, si petis, suffragiis studes rogando — mirum in modum — aliquem, ut tibi liceat in re publica ei praeesse, deinde etiam nomenclatorem habes, atque in eo quidem fallis et decipis etc.

